INSTITUTIO GRAMMATICÆ

Ad Juventutis captum summo studio & artificio concinnata.

IN QUA

Artis Ratio, & genuina Notio accuratè disquiritur atque enucleatim enodatur.

Per *A. M. M. A.*

Vossius *de Analogia lib.* 1. *c.* 8. *Spissiora multa scientes prudentesque prætereamus, nam quid attinet ea diluere quæ nonnullæ Grammatices febres ac carcinomata quæ honoris causâ non nomino, suis quotidie libellis vel errorum sentinis & foricis potius inferciunt? Mihi quidem periculum esse videtur, ne si hîc reponantur, pædore eorum nausea obrepat, vomitusque excutiatur Lectori.*

Imprimatur. *Novemb.* 27. 1689.

LONDINI:

Excudebat *Freeman Collins*, prostatque venalis apud *Joannem Lawrence*, ad insigne *Angeli* in vico qui vulgò dicitur *The Poultrey*, Anno à Christo Nato, MDCXC.

BRITISH MUSEUM

SERENISSIMO D.

D. *WILHELMO* III.

Dei Gratia

Magnæ Britanniæ, Galliæ, & Hiberniæ Regi, Fidei Defensori, &c. S. P. P.

Placeat vestræ Majestati,

QUatenus Juventus Gentis est Seminarium, & Patriæ læta spes, par visum fuit munusculum hoc literarium μετὰ τρόπων ἀπὸ μοίραν concinnatum, ad Te Patrem Patriæ dedicare, & vestro Patrocinio Patrone Augustissime quàm supplicissimè devovere:

Paterno enim more & amore tuorum omnium ſubditorum proſpicis emolumento, imò ut *Horatius* de *Auguſto Cæſare*, Carm. lib. 4. Ode 5.

Inſtar veris enim vultus ubi tuus
Affulſit, populo gratior it dies,
Et ſoles melius nitent.

Tu ad Gloriam & Virtutem natus es, Tu ad Belli tumultus pacandos, & ad Tyrannidem debellandam divinitus miſſus es? Tu è ludo & à Pueritia Militiæ operam dediſti, atque ab ineunte ætate maximi ac victricis Exercitûs fuiſti Imperator; Tu leges noſtras, noſtram libertatem, noſtram Rempublicam, noſtram Eccleſiam & Religionem ex faucibus Fati eripuiſti, & jam ſub lætis tuis auſpiciis ſancta tecta conſervas, foves & refocillas.

Elogium illud quod *Ilioneus* apud

Virgilium Æneid. lib. 4. *Æneæ* tribuit quo nihil laudabilius de Principe dici potest, Tibi est apprimè attribuendum; Verum ubi Ille *Æneæ* nomen usurpat, liceat nobis *Wilhelmum* memorare;

Rex est Wilhelmus *nobis, quo Justior alter*
Nec Pietate fuit, nec Bello major & armis.

In Te omnes Imperatoriæ Virtutes relucent, eximia rei militaris Scientia, eximia Virtus, summa Auctoritas, summa Felicitas; denique Industria in negotiis, Fortitudo in Periculis, Consilium in providendo, Celeritas in conficiendo, summa Humanitas, summa Temperantia, felix Ingenium, & intemerata Fides, ὅσε πιστότεροι εἰσὶν οἱ σὲ λόγοι, ἢ τῶν ἄλλων ὅρκοι: Hæc omnia tanta in Te sunt,

ut non solum omnibus Imperatoribus quos unquam audivimus æquipares, verum etiam iis præluceas, omnesque laudes atque Orationes Panegyricas exsuperes: Itaque ut diu lætus interfis *Britannis*, ac summa rerum potiaris, fisque semper Voti compos, tandemque in Cœlis Corona fruaris incorruptibili, Deum Opt. Max. totâ etiam cogitatione precatur

Serenissimæ vestræ Majestatis

Subditus, Cliens, ac Cultor humillimus, & juratissimus,

ANDREAS MONRO.

PRÆFATIO.

STudium Grammaticum (cum bono Deo) decurſuri, pauca de ejus Natura, Origine, ac utilitate, de literarum Inventione, & antiquioribus ſcribendi rationibus, raptim attingere & in tranſcurſu quaſi præliburi ſert animus.

Grammatica (ut vis vocis indicat) literaturam ſignificat. Antiquiſſimis temporibus ſignificabat tantum artem legendi & ſcribendi, quia Sermonem Vernaculum (haud ſecus ac nos noſtrum) uſu & conſuetudine conſequebantur; At jam Grammaticæ nomen tribuitur Methodo illi quæ Artis præcepta tradit. Grammatica conſideratur vel in ſenſu laxiore, prout in materiam Orationis inquirit, atque explicat quid litera ſit, quid vocalis, conſonans, ſyllaba, diphthongus, vox, quot vocum claſſes, quæ voces ſimplices & primariæ, quæ compoſitæ & derivativæ, quænam earum affectiones, quid ſit nomen, verbum, genus, numerus, figura, &c. hoc ſenſu tota eſt naturalis, non vero arbitraria; & eſt communis omnium linguarum, & ſic Ars merito appellatur: vel poteſt conſiderari ſenſu ſtriciore, prout agit de hac vel illa lingua particulari, & ſic verſatur tantum circa materiam contingentem; nam quod vox aliqua hoc vel illo modo declinetur, ſit hujus vel illius declinationis aut conjugationis, &c. ſpectat ad Grammaticam propriam hujus aut illius linguæ particularis.

Grammaticæ, Philoſophiæ, atque omnium fere Scientiarum & artium Inventionem Prometheo *tribuere Græci, quem Chronologi tradunt vixiſſe tempore* Moſis, *ſed cum ad fabuloſum tempus pertineant quæ de* Prometheo *tradunt, omnia fere ſunt incerta. Juſtius igitur* Ariſtoteles *Artis hujus Autor cenſetur, utpote qui primus voces diſtinxit in certas claſſes, puta* nomina, verba, & particulas conjunctivas, *quemadmodum tradit* Quintilianus, *lib. 1. c. 4. quam quidem opinionem tres vocum claſſes ſtatuentem aliis anteponendam Judicat* Sanctius. *Antiquiſſima autem, inquit* Voſſius, *eorum opinio qui tres faciunt vocum claſſes. Eſtque hæc Arabum, Hebræorum, aliorumque*

rumque Orientalium, & veterum quoque Græcorum ſententia. Tres itidem ſunt Grammaticæ partes, Etymologia quæ inflectere, Syntaxis quæ connectere, & Proſodia quæ pronunciare voces docet. Orthographia immerito quarta ejus pars ſtatuitur, quia non aliter rectam ſcribendi rationem tradit, quam ex cognoſcendo Etymologiam vocis, & ſic coincidit cum Etymologia; vel ex pronunciatione vocis, & ſic in fundamento non differt à Proſodia, quæ eſt vocis pronunciatio ore facta, Orthographia vero manu facta; Ex ipſa enim poteſtate Pronunciationis facile eſt vel Pueris, debitas literas conſcribere: Scribere autem quaſdam voces majuſculis, quaſdam minuſculis literis, quaſdam etiam alio Charactere conducit non ad ſcribendi eſſe, ut aiunt, ſed ad bene eſſe, prout ex hebræis Bibliis, antiquioribus ſcriptis, & typis ſatis liquet. Typographorum præcipue intereſt diverſos characteres adhibere in dictionibus emphaticis, & Authorum citationibus. Hoc tamen non impedit quin Ludimagiſtri debeant proſpicere ut Pueri literas majuſculas adſcribant in initio ſententiarum, verſuum, titulorum, & nominum propriorum. Interpungendi ratio ad Syntaxin potius pertinet, neque enim comma, colon, periodus, conveniunt ſyllabæ per ſe, ſed orationi quæ iis diſtinguitur; nam in oratione, non ſolum ſtructura vel ordo, ſed etiam diſtinctio attenditur.

Grammatico definitore nihil certe infelicius eſt; Itaque nos paſſim deſcriptionibus contenti, à definitionibus Grammaticis uſque adeo abhorremus, ut vix ac ne vix quidem Voſſianæ Grammatices definitioni ſuffragari queamus. Grammaticam enim definit, eſſe Artem purè loquendi; atque acriter contendit vocem ſcribendi non debere poni in definitione; ſed ejus rationes non tantopere nos movent; Scribendi enim vocem non tam craſsè accipimus, ut per eam rationem ductuum & figurarum intelligamus; hoc enim magiſtris ſcripturariis relinquimus, nec per eam intelligimus rationem pronunciationis, cujus tamen rationem Grammatici debent habere maximam: ſed per ſcribendi vocem, intelligimus ornatum & politum ſcribendi ſtylum. Differentia artis, ut ipſe ait, à fine peti debet; At bonâ doctiſs. Voſſii veniâ, purè & emendatè ſcribere Latinè, æque ſaltem ſpectat ad finem Grammaticæ, atque purè & emendate

emendatè loqui latinè: multi enim sunt viri doctissimi, qui non præ se ferunt se posse pure & emendatè loqui Latinè, qui tamen si quidpiam ex vernaculo sermone in Latinum reddituri sint, stylo adeo venusto & polito describent, & sensa mentis ita ornatè & ingeniosè exponent ut nihil supra.

Latini Græcorum exemplo ad Artem Grammaticam excolendam fuere invitati: Primus enim, ut docet Suetonius *de illustribus Grammaticis*, qui studium Grammaticæ in urbem intulit, fuit Crates Mallotes, qui missus fuit ad Senatum ab Attalo Rege inter secundum ac tertium bellum Punicum. Is vero cum in regione palatii in cloacæ foramen prolapsus crus fregisset, per omne Legationis tempus hanc Artem tractavit; unde vir quidam festivè Artem hanc cloacinam vocandi ansam arripuit: Utcunque & si ipsam Artem non conveniat opprobriis dehonestare, optimè tamen convenit in plurimos Grammaticos tum antiquiores tum Neotericos, quippe qui ineptiis, puerilibusque definitionibus ac divisionibus, confusis item & supervacuis canonibus, Artem hanc miserabiliter inquinaverunt. Quemadmodum & hodie maleferiati nonnulli fædissimè proh hominum fidem! Artem etiam Rhetoricam inanibus larvis, spectris, & figuris Græcanicis deturpârunt. Dici vix potest quantopere Grammaticorum & Medicorum plerique quâ jure, quâ injuriâ, peregrina, Græca & perstrepentia verba ad delirium usque affectant: Etsi hec sit præcipua causa unde Barbaries tam latè in Romanum latifundium irrepsit, ut bene monet doctiss. noster Lexico-graphus D. Adamus Littleton, *in Præfatione Dictionarii Latino-barbari*, nimirum nimia Græcitatis affectatio: Cum tamen, inquit, veteres Romani parcè, timidè, ac verecundè in scriptis suis adhibebant Græca, eaque suis, i.e. Græcis characteribus repræsentata. Tam perditè hodie Eloquium Romanum hisce ascititiis spleniis à scientiarum studiosis contaminatur, ut se non satis disertos putent, nisi Græcas voces certatim in suas partes pertrahant, etiam neglectis Latinis. Hanc Κακοζηλιαν meritò perstrinxit Juvenalis *Sat.* 3. qui idcirco stomachabundus, Romam *Græcam urbem dixit*, Non possum ferre Quirites, Græcam urbem.

Latini nimis negligenter hanc artem tractârunt, nec mirum quidem cum ab ipsa infantia, sine ullis præceptis Grammaticis

pure

pure atque emendate Latine loquerentur. Nobis certe quibus Lingua Latina non eſt vernacula, alia eſt Grammaticæ docendæ intendæ ratio: Romanis vero non opus fuit typis declinationum vel conjugationum, nec regulis ad cognoſcendum nomina Heteroclita, præterita aut Supina verborum, ſtructuram Orationis vel modum pronunciandi: Grammaticam ergo tantum excoluerunt, (perinde atque hodie Galli) *nempe, ad linguam propagandam; unde & variis Provinciarum locis Scholas inſtituerunt, vide* Corn. Tacit. *lib.* 3. *Annal. Inſignis eſt locus* Val. Max. *lib.* 2. *c.* 2. " *Magiſtratus vero priſci quantopere* " *ſuam populique Romani majeſtatem retinentes ſe geſſerint,* " *hinc cognoſci poteſt, quod inter cætera obtinendæ gravitatis* " *indicia, illud quoque magna cum perſeverantia cuſtodiebant,* " *ne Græcis unquam niſi Latinè reſponſa darent. Quin etiam* " *ipſa Linguæ volubilitate quâ plurimum valent, excuſâ, per* " *interpretem loqui cogebant; non in urbe tantum noſtra, ſed* " *etiam in Græcia & Aſia: quo ſcilicet Latinæ vocis honos* " *per omnes gentes venerabilior diffunderetur.*

Quidam adeo late Grammaticam extendunt, ut eo nomine intelligant Φιλολογίαν *ſive* πολυμαθείαν, *quam Latini variam Eruditionem vocant. Ita ut Grammaticus ſit idem quod literatus* 1. *egregiè doctus. Hac pacto multiplex eſt Grammaticæ utilitas, quippe ejus uſus exerit ſe in omnibus rebus & ſacris, & publicis, & privatis, ſive ſint de ſcientiis, de linguis, de rebus geſtis, de Philoſophia, de Religione.*

Quia autem Grammatica literaturam ſignificet, de ipſis literis proxime diſquirendum. Etenim ſtupendum eſt quod tantum boni redundet ad humanum genus, ex paucis ac minutis characteribus: ut quibus continentur quicquid facimus, dicimus, cogitamus; unde Cicero *plane obſtupefactus, primo Tuſcul. quæſt.* Quis, *inquit,* ſonos vocis, qui infiniti videbantur paucis literarum notis terminavit? *His autem internunciis, qui longiſſimis intervallis ſunt ſeparati cum procul abſentibus tanquam prope aſtantibus colloquia miſcent. Hæ ſolæ ſcientiarum & Philoſophiæ dogmata & Religionis præcepta ſarta tecta conſervant, & poſterorum memoriæ per omnia ſecula fideliter commendant: quare merito literas inter miranda naturæ reponas. De utiliſſima tamen & antiquiſſima literarum inven-*

tione,

tione, in diversas abeunt Autores sententias. Literas ante Mosen inventas fuisse pro certo habemus; nisi enim ante legem datam literæ fuissent, Cui rei vel usui lex tabulis lapideis Dei ipsius manibus fuisset inscripta? Verisimile omnino videtur ipsum Adamum *primum hominem literarum etiam primum Inventorem.* Adamus *etiam literarum usum, aliarumque artium notitiam* Sethum *docuit; A* Setho *harum notitia ad* Noemum, *& inde ad populum Israeliticum perducta est. Post confusionem Babylonicam, verisimile est eos, qui primævam linguam & antiquas literas retinuerunt, in Assyria permansisse. Ex Assyria autem eas secum vexere Chananæi, quorum idem ac Assyriorum sermo permansit, usque dum Assyrii ob crebra variis cum gentibus commercia, bellaque cum vicinis ac longinquis gesta, sermonem eum mutârunt, Chananæis interim seu Phœnicibus, quibus non itidem nationes aliæ miscebantur, veterem retinentibus sermonem. Assyriam seu Chaldaicam postea aliam evasisse ab Hebræa seu Chananæa evidenter constat ex cap.* 8. Neh. *v.* 7, 8, 9. 2 Reg. 18. 26. Dan. 1. 5. Abraham *autem cum in Phœniciam seu Chananæam veniret, quia novus inquilinus erat, ac Assyriam non Chananæam linguam sciebat, necesse habuit hanc addiscere, non item* Isaac & Jacob, *qui in Chananæa sunt nati, adeoque à pueritia eam noverant. Lingua igitur qua Patriarchæ & Israelitæ in Ægypto utebantur, ac qua scriptæ sunt sacræ literæ, non alia æstimanda est, quam Chananæa; quippe quam* Abraham *inclyta* Heberi *progenies à Chananæis didicerat. Literæ Hebraicæ, quibus hodie utimur, diversæ sunt ab iis quibus* Moses *scripsit Pentateuchum, siquidem ille literas usurpavit Chananæas, quas etiam Samaritanas vocant. Judæi enim in Babyloniam abducti ut Chaldaicè didicerunt, ita literis etiam usi sunt Chaldaicis. Ubi autem post septuaginta annos in Judæam reversi, pauci admodum veteris Hebræorum characteres noverant, ideoque* Ezras *coactus est iis* Mosen, *& Prophetas literis describere Chaldaicis, quibus in Babylonia & Assyria assueverant. Adde etiam quod ob odium Samaritarum maluissent his in patria uti, ut eâ quoque parte differrent à Samaritis qui veteribus Hebræis utebantur.*

Græci suas literas ab Hebræis seu Phœnicibus acceperunt. Hujus rei argumentum superest evidentissimum, quod literarum

nomina

nomina apud Græcos *nunc quoque nominibus vocentur ex* Hebræa *appellatione leviter deflexis. Literarum usum antiquissimum esse apud* Phœnices *ostendit* Q. Curtius, *lib.* 4. *c.* *ubi de* Phœnicibus, Tyriis, *&* Sidoniis *agens*, Si famæ, *inquit*, libet credere, hæc gens literas prima aut docuit aut didicit. *Item* Lucanus, *lib.* 3.

Phœnices primi famæ si creditur ausi
Mausuram rudibus vocem signare figuris.

Cadmus Othonielis *tempore, ut tradunt Chronologi e* Phœnicia *cum* Phœnicibus *aliquot colonis in navi cujus insigne erat* Taurus *in* Græciam, *quæ est* Europæa *gens advenit, quod ansam dedit fabulæ* Europæ *à* Tauro *raptæ, & à* Cadmo *perquisitæ.* Beotia *postea ab eo* Cadmeia, *ut & Schola* Academia *dicta est.* Cadmus *etiam ab* Hebræa *voce* קדים *Kadim, quod Orientem significat, nam* Phœnicia *à* Græcia *nonnihil in Orientem vergit.* Cadmus *has sedecim literas in* Græciam *attulit, puta* ΑΒΓΔΕΙΚΛΜΝΟΠΡΣΤΥ: *his annos circiter ducentis quinquaginta post* Cadmum, Palamedes *adjecit quatuor* ΘΞΦΧ. *Postea tempore* Xerxis *paulo ante* Pindarum *&* Sophoclem *annis ante* Aristotelem *centum & viginti adjecit* Simonides Cous ΖΗΨΩ. Υ *vocatur litera* Pythagoræ, *non quod eam invenerit, sed quia solebat ejus figurâ commonstrare discrimen inter Virtutis & Voluptatis viam. Post literas* Palamedis *&* Simonidis *inventas*, Athenienses *tantum* Cadmeis *literis multos per annos contenti erant.* Æoles *postea aliam sibi literam assumserunt, quam à* Phœnicibus *accepere quamque vocarunt digamma hac figurâ* F *quia ex duplici* Γ *conficitur.* Æoles *etiam vocibus à vocali aspirata incipientibus præmittebant* F, *ut pro* ἑλενη *dixere* Fελενη; *eandem etiam inserebant in media dictione. ad vitandum hiatum, nam pro* οις ωον *&* οινον *dixere* OFις ωFον Fοινον *unde Latinum* ovis, ovum, vinum: Æoles *enim confecerunt suum digamma ex* Phœnicum ו *Vau*; *Latini etiam hanc literam ab* Æolibus *acceperunt, atque eundem apud Ipsos locum habet in Alphabeto quem habet* ו Hebræorum.

Latinos suas literas à Græcis *accepisse in confesso est.* Aborigines, *inquit* Corn. Tacit. *lib.* xi. *Annal.* Arcade ab Evandro literas didicerunt. *Ait etiam* Marius Victorinus, *attestante*

ante Vossio, Latinos primum sedecim tantum Cadmeas literas ab Evandro accepisse, sed tum pro Γ scribebant c ea nomen potestate qua valet g utin columna Duiliana quam hodie in Capitolio Romano videre est, Leciones pro legiones; pucnando pro pugnando, &c. & hæc est ratio cur tertium locum in Alphabeto c habeat, nempe quia olim c pro g obtinuit. Columna illa rostrata (quia ex navium rostris fiebat) dicata est Duilio Consuli ob navalem victoriam quâ adversus Carthaginenses primo bello Punico potitus est annos centum quinquaginta ante Ciceronis tempora, cum ad summum Elegantiæ fastigium Lingua Latina pervenisset; evidens sane documentum quantis variationibus quævis lingua obnoxia sit etsi nulla alia assignari posset causa præter hominum naturam novitatis avidam quæ rerum antiquarum tædere & novis rebus studere solet.

Figuræ & nomina literarum variant pro diversitate nationum: At cum simplicissimarum partium, simplicissimum esse nomen conveniat, Latini rectius literis nomen indiderunt, quod nudam exprimit potestatem (nisi quod necessario vocalis unica consonantibus adjicienda fuit) quam Hebræi & alii.

Latini (haud secus ac Græci) quasdam literas non tam ob usum quam ob luxum usurpârunt, nam hodie c & k ejusdem sunt potestatis literæ; & h non magis litera est apud Latinos quam apud Græcos: Græci olim nominibus aspiratis addebant H, ut pro ὁδὸς scribebant Ηοδος; sic pro Θεὸς ΤΗεος; Latini è contra prius omiserunt h, postea nominibus aspiratis semper addebant. Y non specie differt ab u & in multis potestate quam proxime accedit, nam pro Græcorum δύο μῦς σὺς τύρβη ῥύω πτύω, &c. Latini dicunt duo, mus, sus, turba, ruo, spuo; X autem non est unica litera, sed compendium duarum, nempe cs, nam quod nos scribimus dixit, Antiqui scripsere diesit: Sic Z est compendium ds, ut Zona, Zephyrus, pro dsona, dsephyrus. Itidem Q est compendium CV; nam cum nos hodie scribimus Quis veteres scribebant CVIS: Quin etiam J & V consonæ male censentur eædem literæ, atque i & u vocales, cum differant potestate, quæ literæ est forma essentialis; atque specie, nam vocalis & consonans non minus sunt literæ species oppositæ, quam homo & brutum species animalis. Quare nisi ob luxum Latini literas usurparent, undeviginti

abunde

abunde sufficerent, puta quinque vocales a, e, i, o, u; *consonantes vero quatuordecim* b, c, d, f, g, jod, l, m, n, p, r, s, t, vau. *Cum duæ vocales in unam Syllabam coalescunt sic diphthongus, ut* musæ, cœlum, audio, hei, euge, Aiax, Troia, qui, quæ, quod, que, quum, harpyia.

Varii erant Antiquis scribendi modi. Hebræi *aliique Orientales à dextra sinistrorsum scribunt; hic modus licet antiquior, est tamen imperfectior, quippe minus expeditus: nam ipsi* Hebræi *in singulis literis efformandis, prius sinisteriorem, deinde dexteriorem partem effingunt.* Græci *vero ac* Latini *omnesque* Europææ *gentes à sinistra dextrorsum scribunt. Apud Sinenses (ut tradunt Autores) à summo in imum deveniunt.*

Antiquitus stylo ferreo vel graphio insculpsere in saxis, quemadmodum Moses *in lapideis tabulis decalogum exaravit. Sic etiam Ægyptii notas suas Hieroglyphicas ante usum Papyri, inde* Lucanus, *l.* 3.

Nondum flumineas Memphis contexere Biblos
Noverat: & saxis tantum volucresque feræque,
Sculpraque servabant magicas animalia linguas.

Postea autem in plumbeis laminis scribebant, ut Jobi c. 19. 23, 24. Quis mihi det ut Sermones exarentur in Libro, & stylo ferreo in plumbi lamina? *Posthac pro plumbo, quia nimis fluxile erat, utebantur ære, in quo acta publica & leges incidebant, ut* 1 Macchab. 8. 22. *Atque* Ovidius, *Metam. l.* 1.

——Nec verba minantia fixo Ære ligabantur——

Post autem in tabulis ceratis literæ incidebantur, atque styli summitas plana erat ad aliquid delendum; quod Horatio *est stylum vertere: sed graphii ferrei usus interjecto tempore Romanis interdictus est, quia graphiis ad vulnerandos & occidendos alios abutebantur, quod testimoniis probat* Vossius *Artis Gram. l.* 1. *c.* 35. *Ubi desiit styli usus, usi sunt postea arundineis calamis, qui crescebant juxta* Memphim, Nilum, *vel* Gnidum, Mart. *l.* 14. *Epig.* 38.

Det chartis habiles calamos Memphitica Tellus
Texantur reliquâ tecta palude tibi,

i. e. *Tecta texantur aliis palustribus arundinibus.*

His calamis primo scribebant in foliis arborum; post folia in usu erat liber arborum, (hinc enim libri appellatio ducta est)

seu

seu interior pars corticis arborum quarundam, imprimis Tiliæ seu Philyræ, deinde papyri sive Bibli unde βίβλος & biblia derivantur. *Papyrus erat planta duos cubitos non excedens præcipue in Ægypto crescens: Quia autem papyro frequenter utebantur in Epistolis salutatriciis, inde datum est ei nomen Chartæ, Est enim χάρτης à χαίρειν salvere, & propriè notat* salutator, *unde* Mart. *Epistolam per circumlocutionem intelligens, l. 9. Epig. 82.*

Charta salutatrix si modo vera refert: *nam in scribendis Epistolis usitata formula erat* χαίρειν *cui post successit* ὑγιαίνειν.

Libris arborum successere tabellæ lignea, è quibus Pueri discebant. Unde Plautus *Bacch. Sc.* Extemplo Puer Pædagogo tabula dirumpit caput. *Tabellæ hæ dictæ codices, & diminuendi formâ* codicilli, *quia ex caudice fiebant: aliquando erant cerâ illitæ unde loquendi forma,* in summa, *vel una cera, i. e. in initio vel fine libelli.*

Post ligneas tabulas pellibus utebantur, unde Martial. *l. 14. Epig. 172.*

Ilias & Priami regnis inimicus Ulysses
Multiplici pariter condita pelle latent.

Item in sequentibus epigrammatis notat Virgilium, Ciceronem, Livium, & Ovidium *in membranis conscriptos fuisse. Pelles hæ* membranæ *dictæ sunt, quia deglupta sunt animalium membris: dictæ etiam* Pergamenæ, *quia optimæ* Pergamo *deferebantur. Ante* Alexandriam *conditam varior erat Chartæ usus per* Græciam; *at postquam Ægyptus in* Macedonum *fuit potestate, vulgaris ejus fuit per* Græciam *usus, usque dum æmulatione inter Ptolomæos & Pergamenos Reges (de Bibliothecæ enim nobilitate certabant) Rex Ægyptius vetuit Chartam ex Ægypto efferri. Membranacei etiam fuere libri quos* Eleazar *Pontifex Judæus misit ad* Ptolomæum Philadelphum *ut est apud* Josephum, *Antiq. Judaic. l. 12.*

Postremo libris Carbasus seu linteis utebantur, unde Claudianus *lib. de bello Getico.*

——— Quid Carmine poscat
Fatidico custos Romani carbasus ævi?

Noveris, Lector benevole, nos in nostro Systemate Grammatico Sanctii, Scioppii & Vossii vestigiis plurimum insistere: O

eximios & præclaros viros omni la de majores! Bone Deus, quam fo titer ac feliciter in Grammaticæ atque humaniorum literarum palæstra desudârunt! Illi revera integram Grammaticæ structuram ab imis fundamentis hactenus labefactatam quam fi missime consolidârunt, & ad pristinum splendorem justâmque dignitatem restauraverunt: sed eorum opera ad eruditorum non autem ad puerorum captum accommodata sunt. Itaque quid à nobis præstitum sit, penes arbitrum & lectorem esto, nam jam sub judice lis est. Supervacanei esse laboris duximus singulas minutias attingere & nihil velle ipsis ludimagistris relinquere. Criticismos utiles annotavimus, sublites autem prætermisimus: Brevitati ita studuimus, ut sit Memoriæ mater, nec tamen sit Intelligentiæ noverca: maximopere interim elaboravimus, ut præcepta quæ tradidimus sint & perspicua & sufficientia, adeoque ut Grammaticæ fundamenta sint solidè jacta: Quare si pueri Compendium hoc in succum & sanguinem verterint, ausim fidenter asseverare, eos probe instructum iri ad Autores Latinos quoscunque evolvendos & intelligendos.

Dolendum est quod cum hodie Artes omnes liberales & illiberales mirum in modum excultæ sint, Grammatica una (quæ est scientarum Janitrix) jacet inculta, sentibus horrida, spinisque obvoluta: Per tot enim ambages salebrosas tantasque asperitates hodie in Scholis circumducuntur Pueri, ut non pauci etiam nobiles desperatione quâdam studia penitus deserant; alii etiam prob dolor! in ipso introitu oneri succumbere coguntur, nec ulterius pedem ferre valent; aliis autem miserè effluunt (perinde ac si essent in Ergastulo) primi animi & nascens Juventa (quâ ætate non alia continget felicior ad imbibenda literarum ac pietatis semina,) ita ut tardè omnino eorum animus ad graviores Disciplinas appellatur: Huic autem epidemico & gravissimo malo subvenire non potest, nisi jussu Auctoritatis publicæ Viri in hac facultate perinsignes faciliorem & expeditiorem, quam quæ etiamnum obtinet, methodum moliantur; quod si factum fuerit, opus erit Reipublicæ longe utilissimum, & nodus vindice dignus.

Verumenimvero quia longiusculè præfari videamur, Præfationis filum nunc libet abrumpere: Vale igitur Amice Lector quam diutissime ac bellissimè;

Meque ama, amaque mea, ut Teque amo, amoque tua.

☞ Dignare Amice Lector hoc grave erratum corrigere, viz. Pagina 66. linea 5. pro *Genitive* lege *Accusative*.

20 AP 86 MUSEUM

Rudimenta Grammatices.

GRANT there be eight parts of Speech, whereof four are declined, as *Noun*, *Pronoun*, *Verb*, *Participle*; and four not declined, as *Adverb*, *Prepoſition*, *Conjunction*, *Interjection*.

A *Noun* is declined with *Number*, *Caſe*, and *Gender*.

There be two *Numbers*, The *Singular*, which ſpeaks but of one, as *man*, *boy*, *I*, *thou he*: and the *Plural*, which ſpeaks of more than one, as *men*, *boys*, *We*, *Ye*, *They*.

The ſix Caſes.	*The ſigns of the Caſes.*
The Nominative	Comes before a Verb.
Genitive	*Of*, or *'s*.
Dative	*To*.
Accuſative	Comes after a Verb.
Vocative	Is uſed in calling or ſpeaking to any.
Ablative	*With*, *in*, *on*, *by*, *than*.

There be three Genders, the *Maſculine*, *Feminine*, and *Neuter*.

Words that ſignifie the Male-kind are Maſculine, as *Rex*, a King, *Pater*, a Father, *Frater*, a Brother, *Puer*, a Boy, *Taurus*, a Bull, *Gallus*, a Cock.

Words that ſignifie the Female-kind are Feminine, as *Regina*, a Queen, *Mater* a Mother, *Soror* a Siſter, *Puella* a Girl, *Vacca* a Cow, *Gallina* a Hen.

Words ending in *l, men, ar, ur, us, um, u,* are Neuter; as *animal, nomen, calcar, guttur, caput, regnum, cornu.*

Nouns are of two sorts, *Substantive* and *Adjective* A *Substantive* can signifie alone, and needs not have *person* or *thing* after it, because it is the thing it self; as *liber* a book, *puer* a boy; And so any thing that may be heard, felt, or seen, is a *Substantive.* An *Adjective* cannot signifie alone, but must have *person* or *thing* put to it; because it expresses the quality or nature of the thing, as *bonus* good, *malus* bad.

To be *declined*, is when a word is changed to several endings, and so they reckon five *Declensions* of the Nouns.

Nouns of the First Declension change their endings thus.

	Singulariter.		Pluraliter.	
Nom.	*Schol-a.*	Nom.	*Schol-æ.*
Gen.	*Schol-æ.*	Gen.	*Schol-arum.*
Dat.	*Schol-æ.*	Dat.	*Schol-is.*
Acc.	*Schol-am.*	Acc.	*Schol-as.*
Voc.	*Schol-a.*	Voc.	*Schol-æ.*
Abl.	*Schol-â.*	Abl.	*Schol-is.*

Nouns of the Second Declension change their endings thus.

	Singulariter.		Pluraliter.	
Nom.	*Domin-us.*	Nom.	*Domin-i.*
Gen.	*Domin-i.*	Gen.	*Domin-orum.*
Dat.	*Domin-o.*	Dat.	*Domin-is.*
Acc.	*Domin-um.*	Acc.	*Domin-os.*
Voc.	*Domin-e.*	Voc.	*Domin-i.*
Abl.	*Domin-o.*	Abl.	*Domin-is.*

Nouns

Nouns of the Third Declenſion change their endings thus.

Singulariter.	Nom.	*Honor.*	Pluraliter.	Nom.	*Honor-es.*
	Gen.	*Honor-is.*		Gen.	*Honor-um.*
	Dat.	*Honor-i.*		Dat.	*Honor-ibus.*
	Acc.	*Honor-em.*		Acc.	*Honor-es.*
	Voc.	*Honor.*		Voc.	*Honor-es.*
	Abl.	*Honor-e.*		Abl.	*Honor-ibus.*

Nouns of the Fourth Declenſion change their endings thus.

Singulariter.	Nom.	*Fruct-us.*	Pluraliter.	Nom.	*Fruct-us.*
	Gen.	*Fruct-us.*		Gen.	*Fruct-uum.*
	Dat.	*Fruct-ui.*		Dat.	*Fruct-ibus.*
	Acc.	*Fruct-um.*		Acc.	*Fruct-us.*
	Voc.	*Fruct-us.*		Voc.	*Fruct-us.*
	Abl.	*Fruct-u.*		Abl.	*Fruct-ibus.*

Nouns of the Fifth Declenſion change their endings thus.

Singulariter.	Nom.	*Aci-es.*	Pluraliter.	Nom.	*Aci-es.*
	Gen.	*Aci-ei.*		Gen.	*Aci-erum.*
	Dat.	*Aci-ei.*		Dat.	*Aci-ebus.*
	Acc.	*Aci-em.*		Acc.	*Aci-es.*
	Voc.	*Aci-es.*		Voc.	*Aci-es.*
	Abl.	*Aci-e.*		Abl.	*Aci-ebus.*

The *Nominative* and *Vocative* are always alike (except in Nouns in *us* of the Second Declenſion) and ſo are the *Dative* and *Ablative* Plural.

Nouns of the *Neuter Gender* have always the Nominative, Accuſative, and Vocative alike in both Numbers, but in the Plural they end in *a*. As

Sing.	Nom. Acc. Voc.	*Regnum.*	Plural.	No. A. V.	*Regna.*
	Genitivo	*Regni.*		Genitivo	*Regnorum.*
	Dat. & Abl.	*Regno.*		D. & Ab.	*Regnis.*

Sing.	No. Ac. Voc.	*Animal.*	Plural.	N. Ac. V.	*Animalia.*
	Genitivo	*Animalis.*		Gen.	*Animalium.*
	Dat. & Abl.	*Animali.*		D. & Ab.	*Animalibus.*

Cornu, u, u, u, u, u: *Cornua, uum, ibus, ua, ua, ibus.*

Adjectives of the first and second Declension are thus Declined.

Singulariter.	N.	*bon-us*	*a*	*um.*	Pluraliter.	N.	*bon-i*	*æ*	*a.*
	G.	*bon-i*	*æ*	*i.*		G.	*bon-orum*	*arum*	*orum.*
	D.	*bon-o*	*æ*	*o*		D.	*bon-is.*		
	Ac.	*bon-um*	*am*	*um.*		Ac.	*bon-os*	*as*	*a.*
	V.	*bon-e*	*a*	*um.*		V.	*bon-i*	*æ*	*a.*
	Ab.	*bon-o*	*â*	*o.*		Ab.	*bon-is.*		

Likewise *Amatus, Amaturus, Amandus.*

Alius, a, ud, alter, uter, neuter, nullus, nullus, solus, totus, unus, are declined like *bonus*, except that they have *ius* in the Genitive, and *i* in the Dative, and all of them want the Vocative, except *solus, totus, unus.*

Ambo and *duo* are thus declined.

Nom.			
Gen.	*o*	*æ*	*o.*
D. *Amb.*	*orum*	*arum*	*orum.*
Accus. *Du.*	*obus*	*abus*	*obus.*
Voc.	*os*	*as*	*o.*
Abl.	*o*	*æ*	*o.*
	obus	*abus*	*obus.*

Adjectives

Adjectives of the Third Declenſion are thus declined.

Singulariter.	Nom.	*Felix,*	Pluraliter.	*ces cia.*
	Gen.	*cis.*		*cium.*
	Dat.	*ci.*		*cibus.*
	Acc.	*cem x.*		*ces cia.*
	Voc.	*x.*		*ces cia.*
	Abl.	*ce* vel *ci.*		*cibus.*

Singulariter.	Nom.	*Amans.*	Pluraliter.	*tes tia.*
	Gen.	*tis.*		*tium.*
	Dat.	*ti.*		*tibus.*
	Acc.	*tem ns.*		*tes tia.*
	Voc.	*ns.*		*tes tia.*
	Abl.	*te* vel *ti.*		*tibus.*

Singulariter.	Nom.	*Duri-or us.*	Pluraliter.	*ores ora.*
	Gen.	*oris.*		*orum.*
	Dat.	*ori.*		*oribus.*
	Acc.	*orem us.*		*ores ora.*
	Voc.	*or us.*		*ores ora.*
	Abl.	*ore* vel *ori.*		*oribus.*

Singulariter.	Nom.	*Triſt-is e.*	Pluraliter.	*es ia.*
	Gen.	*is.*		*ium.*
	Dat.	*i.*		*ibus.*
	Acc.	*em e.*		*es ia.*
	Voc.	*is e.*		*es ia.*
	Abl.	*i.*		*ibus.*

Obſ. Where the Adjective in any Caſe hath but one ending, it may be applied to a Subſtantive of any Gender: Where it hath two endings, the firſt is both

Masculine and Feminine, and the second is Neuter: Where it hath three endings, the first is Masculine, the second Feminine, and the third Neuter.

Multi imprudenter jubent in Vocum inflexione præmittere hic, hæc, hoc, *perinde ac Græcè* ὁ ἡ τὸ; *sed ineptè admodum, nam Latini carent ejusmodi articulis. Apud Latinos* hic, hæc, hoc, *est pronomen demonstrativum, & valet idem quod* οὗτος αὕτη τοῦτο: *neque enim* hæc musa *idem est quod* ἡ μουσα, *sed quod* αὕτη ἡ μουσα. *Quorsum ergo id doceatur puerities cujus nullus est usus? Quod autem aïunt ex Articulo cognosci à pueris genus, non item si prætermittatur, futile est: nam quia masculinum est, ideo apponitur* hic, *non vero è contra, quia apponitur* hic *ideo masculinum est. Adde quod aliquid masculinum esse potest, cui* hic *nequeat apponi: neque enim dicimus* hic ego, hic tu, hic nullus, hæc nulla, hoc nullum. *Si Latini haberent articulos ita ut Græci cur non adhibent articulos ubi Græci adhibent?* v. g. Joan., 1. 26. Ἰδὲ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ Κοσμου *quæ sententia sic redderetur Latinè,* Ecce hic agnus hujus Dei hic tollens hoc peccatum hujus mundi. *Vah! quam non Latinum hoc sit?*

Pronouns or Irregular Nouns.

PRonomen *quasi pro nomine. Grammatici, aït* Sanctius, *obtrudunt (si Musis placet) pronominum Declinationes, quod eorum rancidum est commentum; cum nihil ad Analogiam faciant, ut reliqua paradigmata; sunt enim nomina Irregularia, & nulla datur definitio Pronominis à nomine distincta: quinetiam res omnes antequam nomen haberent vocabantur* hoc *vel* illud *ut Peregrini aïunt,* What d' ye call this? What d' ye call that?

THE Primitive Pronouns are these, *Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, quis, qui?*

The Derivative Pronouns are these, *Meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras, cujus?*

Singu-

Singulariter.	Nom.	*Ego.*	Pluraliter.	*Nos.*
	Gen.	*mei.*		*nostrum* vel *nostri.*
	Dat.	*mihi.*		*nobis.*
	Acc.	*me.*		*nos.*
	Voc.			
	Abl.	*me.*		*nobis.*

Singulariter.	Nom.	*Tu.*	Pluraliter.	*Vos.*
	Gen.	*tui.*		*vestrum* vel *vestri.*
	Dar.	*tibi.*		*vobis.*
	Acc.	*te.*		*vos.*
	Voc.	*tu.*		*vos.*
	Abl.	*te.*		*vobis.*

Singular. and Plural.	Gen.	*Sui.*
	Dat.	*sibi.*
	Ac.	*se.*
	Abl.	*se.*

These three, *Ego, tu, sui,* are Substantives, but all the rest are Adjectives.

Singulariter.	Nom.	*hic haec hoc.*	Pluraliter.	*hi hae haec.*
	Gen.	*hujus.*		*horum harum horum.*
	Dar.	*huic.*		*his.*
	Acc.	*hunc hanc hoc.*		*hos has haec.*
	Voc.			
	Abl.	*hoc hac hoc.*		*his.*

Singulariter.	Nom.	*is ea id.*	Pluraliter.	*ii ea ea.*
	Gen.	*eius.*		*eorum earum eorum.*
	Dar.	*ei.*		*iis* vel *eis.*
	Acc.	*eum eam id.*		*eos eas ea.*
	Voc.			
	Abl.	*eo ea eo.*		*iis* vel *eis.*

Idem, ea-dem, idem, compounded of *is, ea, id,* and the Syllable *dem,* is so declined, only where *m* should come before *dem,* 'tis turned into *n,* as *eundem, eorundem.*

Singulariter.	N.	*qui quæ quod.*	Pluraliter.	*qui quæ quæ.*	who, which, that.
	G.	*cujus.*		*quorum quarum quorum.*	whose or whereof.
	D.	*cui.*		*quibus vel queis.*	to whom, to which.
	Ac.	*quem quam quod.*		*quos quas quæ,*	whom, which.
	V.				
	Ab.	*quo qua quo.*		*quibus vel queis.*	by whom, by which, or whereby, wherein.

Likewise is *quis* declined, but its compounds, *aliquis, ecquis, siquis,* for *quæ* in the Feminine Singular, and in the Neuter Plural, they make *qua.*

Meus, tuus, suus, noster, vester, are declined like *bonus, a, um.*

Likewise *ille, a, ud; iste, ista, istud, ipse, a, um,* except that they have *ius* in the Genitive, and *i* in the Dative.

Nostras, vestras, and *cujas,* are declined like *felix.*

We seldom have occasion to use any Pronouns in the Vocative, except *meus* (which makes *mi, mea, meum*) *noster, vester, nostras, vestras,* & *tu.*

Virg, tamen.	*Esto nunc sol testis & hæc mihi terra precanti.*
Ovid.	*Nil mihi rescribas attamen* ipse *veni:*
	Quilibet *huc dixit confuge tutus eris.*
Ter.	*Aperito* aliquis *ostium.*
Tibul.	*Tu mihi Libertas* illa *paterna vale.*

Item Articulus Græcus, Joan. 8. 10: ἡ γυνὴ, πῦ ἐστιν οἱ κατηγοροί σου.

All Nouns, Pronouns, and Participles are of the first Person when they are joyned to *ego* or *nos,* and of the second Person when they are joyned with *tu* or *vos,* but at all other times of the third Person.

De Verbo.

Verbum *ſic dicitur per eminentiam, quia eſt præcipua pars Orationis, neque ulla datur Oratio abſque Verbo & nomine, neque ullius rei exiſtentia nec paſſio nedum actio exprimi poteſt quoàd accedat Verbum.* Sanctius *Verborum modos explodit, nam ſecundum ipſum,* Qui finxere modos, ratione modoque carebant. *Si autem* utinam *fecerit modum Optativum,* cum *Subjunctivum,* ſi *Potentialem,* pari ratione *faciet &* cur *Modum Interrogativum, &* ne *prohibitivum & ita modos ſupra modum habebimus. Cæterum, Modus Verbi reſpondet ad quæſtionem* quo modo? *Et ſic nomen adjectivum erit modus verbi, ut cum dico* Incedit erectus, incurvus, togatus, tunicatus, nudus; *multa item adverbia, ut cum dico* male valet, bene valet, ſcitè ſcribit, diſtortè ſcribit. *Nos cum* Sanctio *undecim ſtatuimus tempora perſonalia, nempe præſens primum & ſecundum, Imperfectum primum & ſecundum, perfectum* 1 & 2, *pluſquamperfectum* 1 & 2. *futurum* 1, 2, & 3. *quod vulgo modus Imperativus dicitur. Et ſic omnia tempora prima ſunt, quæ ſpectant ad Indicativum; tempora ſecunda ſunt, quæ ſpectant ad Subjunctivum; Tempora autem Infinitivi ſunt tempora Impersonalia: licet hic ſit diverſus tantum modus loquendi, nihilominus quia clariorem rei notionem reddit à recepto modo diſcedere non pigebit. Grammaticorum autem Anteſignanum doctiſs. ſcilicet* Sanctium *imitati, Grammatici, ut ſperamus, non vitio nobis reputabunt: immo vero bonam eorum veniam expetimus, ſupplicitèr etiam & quam ardentiſſimè efflagitamus.*

Of a Verb.

A Verb ſignifieth *to be, to do,* or *ſuffer to be done*; and it is declined with *Number, Perſon,* and *Tenſe.*

There be three Perſons, the firſt ſpeaks of himſelf. If one ſpeaks of himſelf, 'tis the firſt ſingular, as *ego ludo,* I play; if more than one ſpeak of themſelves, 'tis the firſt plural, as *nos ludimus,* we play.

The ſecond Perſon is ſpoken to, as *tu ludis,* thou doſt play; *Vos luditis,* ye do play.

The

The third Perſon is ſpoken of, as *ille ludit*, he doth play; *illi ludunt*, they do play.

Though there be in the Notion of Time properly but three diſtinctions, that is, the time preſent, the time paſt, and the time to come: Yet the Latin Tongue hath eleven perſonal Tenſes to expreſs them by, that is two preſent tenſes, two imperfect tenſes, two perfect tenſes, two pluperfect tenſes, and three future tenſes: and beſides one Impersonal preſent tenſe, one Impersonal preterite tenſe, and one Impersonal future tenſe, as here follows.

Sum fui eſſe futurum. Preſens Impersonale eſſe to be.

	Ego	*Tu*	*Ille*	*Nos*	*Vos*	*Illi.*
	I	Thou	He	We	Ye	They
Præſens 1.	*Sum*	*es*	*eſt*	*ſumus*	*eſtis*	*ſunt.*
Preſent 2.	*Sim*	*ſis*	*ſit*	*ſimus*	*ſitis*	*ſint.*
	am	art	is	are	are	are.
Imperf. 1.	*Eram*	*eras*	*erat*	*eramus*	*eratis*	*erant.*
Imperf. 2.	*Eſſem*	*eſſes*	*eſſet*	*eſſemus*	*eſſetis*	*eſſent.*
	was	waſt	was	were	were	were.
Futurum 1.	*Ero*	*eris*	*erit*	*erimus*	*eritis*	*erunt.*
	ſhall or ſhalt or ſhall or ſhall or ſhall or ſhall or					
	will be, wilt be, will be, will be, will be, will be.					

Futurum

Futurum 3. *Sive*		be thou	let him be		be ye	let them be.
Futurum Imperat.		*es esto*	*esto*		*este estote*	*sunto.*
	I	Thou	He	We	Ye	They.
	have been	haſt been	hath been	have been	have been	have been.
						fuerunt vel
Perfectum 1.	*Fui*	*fuiſti*	*fuit*	*fuimus*	*fuiſtis*	*fuere.*
Perfectum 2.	*Fuerim*	*fueris*	*fuerit*	*fuerimus*	*fueritis*	*fuerint.*
	had been	hadſt been	had been	had been	had been	had been.
Pluſquamperf. 1.	*Fueram*	*fueras*	*fuerat*	*fueramus*	*fueratis*	*fuerant.*
Pluſquamperf. 2.	*Fuiſſem*	*fuiſſes*	*fuiſſet*	*fuiſſemus*	*fuiſſetis*	*fuiſſent.*
	ſhall have	ſhalt have	ſhall have	ſhall have	ſhall have	ſhall have
	been	been	been	been	been	been.
Futurum 2.	*Fuero*	*fueris*	*fuerit*	*fuerimus*	*fueritis.*	*fuerint.*

Perſonale perfect. Fuiſſe, to have or had been. *Futurum Perſonale. Futurum eſſe*, to be hereafter.

Poſſum hath *ſ* where *ſum* begins with *ſ*, and *pot* where *ſum* begins with *e*, except in the ſecond Imperfect, which is *poſſem* for *poteſſem*; and in the Perſonal preſent, *poſſe* for *poteſſe*, by cutting off *te*.

Proſum takes in *d* where *ſum* begins with *e*, but *poſſum* and *proſum* want the third Future.

All other Verbs in Engliſh *are wonderfully plain, for they have but two endings, as* love, loved, teach, taught, read readd, hear, heard, *&c. only the Participle of the Preſent Tenſe has* -ing, *and many times the ſecond perſon ſingular has* ſt *joyned to it.*

Some irregular Verbs indeed, have three endings, as cleave cloven, *or* cleft; ſtrive, ſtriven, *or* ſtrove, *&c. The Tenſes and Perſons are diſtinguiſhed in* Engliſh *all along by a few Particles.*

Note, That the *Engliſh* of all Paſſive Verbs is the very ſame as the *Engliſh* of the Verb *Sum*, only joyning to it the *Engliſh* of the perfect Participle.

There be four Conjugations of Regular Verbs.
The firſt hath *a* long before *re*, *ris*, *ri*.
The ſecond hath *e* long before *re*, *ris*, *ri*.
The third hath *e* ſhort before *re*, *ris*.
The fourth hath *i* long before *re*, *ris*, *ri*.

Hoc dicunt pueri brevitatis gratia. Nota enim Characteriſtica ex Terminationum tabulis infra ſuſius patebit.

Obſ. The ending of the Paſſive Verb is to be ſeen in one ſine by it ſelf, for the Paſſive is to admiration eaſily formed from the Active, only by adding *r* after *o*, *ur* after *t*; and by changing *m* into *r*; *s* into *ris* or *re*, *mus* into *mur*, *tis* into *mini*.

I. *Conjugation.*

Thema. Amo Amavi Amatum Amare.

Præſens Imperſonale activum. *Am-are* to love.
Præſens Imperſonale paſſivum. *Am-ari* to be loved.

		I	Thou	He	We	Ye	They.
		r	*ris re*	*.ur*	*mur*	*mini*	*ur.*
Præſens 1.	Do	*Am-o*	*as*	*at*	*amus*	*atis*	*ant.*
Præſens 2.	love.	*Am-em*	*es*	*et*	*emus*	*etis*	*ent.*
Imperfectum 1.	was	*Am-abam*	*abas*	*abat*	*abamus*	*abatis*	*abant.*
Imperfectum 2.	loving.	*Am-arem*	*ares*	*aret*	*aremus*	*aretis*	*arent.*
Futurum 1.	ſhall or will love.	*Am-abo*	*abis*	*abit*	*abimus*	*abitis*	*abunt.*
Futurum Imperativum.		*Am-a ato*		*ato*	*ate atote*		*anto*
		love thou	let him love		love ye	let them love.	

Participium præſentis. *Am-ans* loving.

Gerundia.
- *Am-andi* of loving.
- *Am-ando* in loving.
- *Am-andum* to love.

Participium futuri paſſiv. *Am-andus* to be loved.

Perfect. 1. have	*Amav-i*	*isti*	*it*	*imus*	*istis*	*erunt v. ere.*
Perfect. 2. loved.	*Amav-erim*	*eris*	*erit*	*erimus*	*eritis*	*erint.*
Pluſquamperf. 1. had	*Amav-eram*	*eras*	*erat*	*eramus*	*eratis*	*erant.*
Pluſquamperf. 2. loved.	*Amav-iſſem*	*iſſes*	*iſſet*	*iſſemus*	*iſſetis*	*iſſent.*
Futur. 2. ſhall have loved.	*Amav-ero*	*eris*	*erit*	*erimus*	*eritis*	*erint.*

Perfect. Impersonale. *Amav-iſſe* to have or had loved.

Supina.
Amat-um to love.
Amat-u to be loved.

Participium perfectum. *Amat-us* loved.
Participium futuri activ. *Amat-urus* to love or about to love hereafter.
Futurum Impersonale. *Amat-urum eſſe* to love hereafter.

II. *Conjugation.*

Thema. Doceo Docui Doctum Docere.

Præsens Impersonale activum *Doc-ere* to teach.
Præsens Impersonale passivum *Doc-eri* to be taught.

		I	Thou	He	We	Ye	They
		r	*ris re*	*tur*	*mur*	*mini*	*ntur*
Præſens primum	Do	*Doc-eo*	*es*	*et*	*emus*	*etis*	*ent.*
Præſens ſecundum	teach.	*Doc-eam*	*eas*	*eat*	*eamus*	*eatis*	*eant.*
Imperfectum 1.	was	*Doc-ebam*	*ebas*	*ebat*	*ebamus*	*ebatis*	*ebant.*
Imperfectum 2.	teaching.	*Doc-erem*	*eres*	*eret*	*eremus*	*eretis*	*erent.*
Fut. 1.	ſhall or will teach.	*Doc-ebo*	*ebis*	*ebit*	*ebimus*	*ebitis*	*ebunt.*
Futurum Imperativum.			*Doc-e eto*	*eto*		*ete etote*	*ento.*
			teach thou	let him teach		teach ye	let them teach.

Participium præſentis. *Doc-ens* teaching.

Gerundia.
- *Doc-endi* of teaching.
- *Doc-endo* in teaching.
- *Doc-endum* to teach,

Participium futuri paſſiv. *Doc-endus* to be taught.

Perfectum 1.	have	*Docu-i*	*iſti*	*it*	*imus*	*iſtis*	*erunt v. ere.*
Perfectum 2.	taught.	*Docu-erim*	*eris*	*erit*	*erimus*	*eritis*	*erint.*
Pluſquam perf. 1.	had	*Docu-eram*	*eras*	*erat*	*eramus*	*eratis*	*erant.*
Pluſquam perf. 2.	taught	*Docu-iſſem*	*iſſes*	*iſſet*	*iſſemus*	*iſſetis*	*iſſent.*

Futur.2. ſhall have taught. *Docu-ero eris erit erimus eritis erint.*
Perfectum Impersonale. *Docu-iſſe* to have or had taught.

Supina. { *Doct-um* to teach. / *Doct-u* to be taught.
Participium perfectum *Doct-us* taught.
Participium futuri activum *Doct-urus* about to teach.
Futurum Impersonale *Doct-urum eſſe* to teach hereafter.

III. *Conjugation.*

Thema. Lego Legi Lectum Legere.

Præſens Impersonale activum. *Leg-ere* to read.
Præſens Impersonale paſſivum. *Leg-i* to be read.

		I	Thou	He	We	Ye	They.
		r	*ris re*	*ur*	*mur*	*mini*	*ur.*
Præſens primum	do	*Leg-o*	*is*	*it*	*imus*	*itis*	*unt.*
Præſens ſecundum	read.	*Leg-am*	*as*	*at*	*amus*	*atis*	*ant.*

Imperfectum 1.	*Leg-ebam*	*ebas*	*ebat*	*ebamus*	*ebatis*	*ebant.*
Imperfectum 2.	*Leg-erem*	*eres*	*eret*	*eremus*	*eretis*	*erent.*
Futurum 1.	*Leg-am*	*es*	*et*	*emus*	*etis*	*ent.*
Futurum Imperativum.	*Leg-e*	*ito*	*ito*		*ite itote*	*unto* (read.
	read thou		let him read		read ye	let them

Participium præsentis *Leg-ens* reading.

Gerundia.
- *Leg-endi* of reading.
- *Leg-endo* in reading.
- *Leg-endum* to read.

Participium futuri passiv. *Leg-endus* to be read.

Perfectum 1.	have	*Leg-i*	*isti*	*it*	*imus*	*istis*	*erunt v. ere.*
Perfectum 2.	read	*Leg-erim*	*eris*	*erit*	*erimus*	*eritis*	*erint.*
Plusquam perf. 1.	had	*Leg-eram*	*eras*	*erat*	*eramus*	*eratis*	*erant.*
Plusquam perf. 2.	read	*Leg-issem*	*isses*	*esset*	*issemus*	*issetis*	*issent.*
Futurum 2.	shall have read	*Leg-ero*	*eris*	*erit*	*erimus*	*eritis*	*erint*

Perfectum Impersonale *Leg-isse* to have or had read.

Supina	*Lect-um* to read.
	Lect-u to be read.
Participium perfectum	*Lect-us* read.
Participium futuri activum	*Lect-urus* about to read.
Futurum Impersonale	*Lecturum esse* to read hereafter.

IV. *Conjugation.*

Thema. Audio Audivi Auditum Audire.

Præs. Impersonale activum.	*Aud-ire* to hear.
Præs. Impersonale passivum.	*Aud-iri* to be heard.

		I	Thou	He	We	Ye	They.
		r	*ris re*	*ur*	*mur*	*mini*	*ur.*
Præsens 1.	do	*Aud-io*	*is*	*it*	*imus*	*itis*	*iunt.*
Præsens 2.	hear.	*Aud-iam*	*ias*	*iat*	*iamus*	*iatis*	*iant.*
Imperfectum 1.	was	*Aud-iebam*	*iebas*	*iebat*	*iebamus*	*iebatis*	*iebant.*
Imperfectum 2.	hearing.	*Aud-irem*	*ires*	*iret*	*iremus*	*iretis*	*irent.*
Fut. 1.	shall or will hear.	*Aud-iam*	*ies*	*iet*	*iemus*	*ietis*	*ient.*

Fut. 1. shall or will hear.	*Aud-iam*	*ies*	*iet*	*iemus*	*ietis*	*ient.*
Futurum Imperativum.	*Aud-i*	*ito*	*Audito*	*Audite*	*auditote*	*Audiunto.*
	hear thou		let him hear	hear ye		let them hear.
Participium præsentis.	*Aud-iens* hearing.					
Gerundia.	*Aud-iendi* of hearing.					
	Aud-iendo in hearing.					
	Aud-iendum to hear.					
Participium fut. passivum.	*Aud-iendus* to be heard.					
Perfectum 1. have	*Audiv-i*	*isti*	*it*	*imus*	*istis*	*erunt v. ere.*
Perfectum 2. heard.	*Audiv-erim*	*eris*	*erit*	*erimus*	*eritis*	*erint.*
Pluſquamperf. 1. had	*Audiv-eram*	*eras*	*erat*	*eramus*	*eratis*	*erant.*
Pluſquamperf. 2. heard.	*Audiv-iſſem*	*iſſes*	*iſſet*	*iſſemus*	*iſſetis*	*iſſent.*
Fut. 2. shall or will hear.	*Audiv-ero*	*eris*	*erit*	*erimus*	*eritis*	*erint.*
Perfectum Perſonale.	*Audiv-iſſe* to have or had heard.					
Supina	*Auditum* to hear.					
	Auditu to be heard.					
Participium perfectum.	*Audit-us* heard.					
Participium fut. activum.	*Audit-urus* about to hear.					
Futurum Perſonale.	*Audit-urum eſſe* to hear hereafter.					

Vox passiva Primæ Conjugationis.

	I am loved	Thou art loved	He is loved	We are loved	Ye are loved	They are loved.
Præsens 1.	*Am-or*	*aris vel are*	*atur*	*amur*	*amini*	*antur.*
Præsens 2.	*Am-er*	*eris vel ere*	*etur*	*emur*	*emini*	*entur.*
	I was loved	Thou wast loved	He was loved	We were loved	Ye were loved	They were loved.
Imperfect. 1.	*Am-abar*	*abaris v. abare*	*abatur*	*abamur*	*abamini*	*abantur.*
Imperfect. 2.	*Am-arer*	*areris v. arere*	*aretur*	*aremur*	*aremini*	*arentur.*
Futurum 1.	I shall or will be loved *Am-abor*	thou shalt or wilt be loved *aberis v. abere*	He shall or will be loved *abitur*	We shall or will be loved *abimur*	Ye shall or will be loved *abimini*	They shall be loved. *abuntur.*
Fut. Imperat.	be thou loved *Am-are ator*		let him be loved *Amator*		Be ye loved *Amamini*	let them be loved. *Amantor.*

The Old Termination *-minor* of the Imperative is not found among Claſſick Authors, except once or twice in *Plautus.*

Except once or twice in *Plautus*.

Vox passiva Secundæ Conjugationis.

Præsens 1.	*Doc-eor*	*eris v. ere*	*etur*	*emur*	*emini*	*entur.*
Præsens 2.	*Doc-ear*	*earis v. eare*	*eatur*	*eamur*	*eamini*	*eantur.*
Imperfect. 1.	*Doc-ebar*	*ebaris v. ebare*	*ebatur*	*ebamur*	*ebamini*	*ebantur.*
Imperfect. 2.	*Doc-erer*	*ereris v. erere*	*eretur*	*eremur*	*eremini*	*erentur.*
Futurum 1.	*Doc-ebor*	*eberis v. ebere*	*ebitur*	*ebimur*	*ebimini*	*ebuntur.*
Futurum Imperativum.		*Doc-ere etor*	*Docetor*		*Doc-emini*	*Doc-entor.*

Vox passiva Tertiæ Conjugationis.

Præsens 1.	*Leg-or*	*eris v. ere*	*itur*	*imur*	*imini*	*untur.*
Præsens 2.	*Leg-or*	*eris v. are*	*atur*	*amur*	*amini*	*antur.*
Imperfect. 1.	*Leg-ebar*	*ebaris v. ebare*	*ebatur*	*ebamur*	*ebamini*	*ebantur.*
Imperfect. 2.	*Leg-erer*	*ereris v. erere*	*eretur*	*eremur*	*eremini*	*erentur.*
Futurum 1.	*Leg-ar*	*eris v. ere*	*etur*	*emur*	*emini*	*entur.*
Futurum Imperativum.		*Leg-ere iter*	*Legitor*		*Leg-imini*	*Leg-untor.*

Vox passiva Quartæ Conjugationis.

Præsens 1.	*Aud-ior*	*iris v. ire*	*itur*	*imur*	*imini*	*iuntur.*
Præsens 2.	*Aud-iar*	*iaris v. iare*	*iatur*	*iamur*	*iamini*	*iantur.*
Imperfect. 1.	*Aud-iebar*	*iebaris v. iebare*	*iebatur*	*iebamur*	*iebamini*	*iebantur.*
Imperfect. 2.	*Aud-irer*	*ireris v. irere*	*ireiur*	*ireiur*	*iremini*	*irentur.*
Futurum 1.	*Aud-iar*	*ieris v. iere*	*ietur*	*iemur*	*iemini*	*ientur.*
Futurum Imperativum.		*Aud-ire iior*	*Aud-itor*		*Aud-imini*	*Aud-iuntur.*

Verbs in *ior* want both the Perfect, and Pluperfect, and fecond-Future Tenſes, as alſo the Impersonal Perfect, and Impersonal Future Tenſes, but theſe are ſupplied by the Auxiliary Verb *Sum*, and the perfect Participle: However it properly belongs to *Syntaxis*, for that Participle (like all other Adjectives) agrees with a Subſtantive expreſt or underſtood, in Gender, Number, and Caſe; whereupon ſome do omit to ſet down thoſe Syntactical Tenſes, chuſing rather to refer them to the *Syntaxis* it ſelf. Here we ſet them down, leaving it to the Maſter's choice which courſe to take.

Perfectum 1.	*Amat-us*	*ſum*	*es*	*eſt*	*ſumus*	*eſtis*	*ſunt*
I have been		vel	vel	vel	vel	vel	vel
loved.		*fui*	*fuiſti*	*fuit*	*fuimus*	*fuiſtis*	*fuerunt v. fuere.*
Perfectum 2.	*Amat-us*	*ſim*	*ſis*	*ſit*	*ſimus*	*ſitis*	*ſint*
I have been		vel	vel	vel	vel	vel	vel
loved.		*fuerim*	*fueris*	*fuerit*	*fuerimus*	*fueritis*	*fuerint.*
Pluſq. perf. 1.	*Amat-us*	*eram*	*eras*	*erat*	*eramus*	*eratis*	*erant*
I had been		vel	vel	vel	vel	vel	vel
loved.		*fueram*	*fueras*	*fuerat*	*fueramus*	*fueratis*	*fuerant.*
Pluſq. perf. 2.	*Amat-us*	*eſſem*	*eſſes*	*eſſet*	*eſſemus*	*eſſetis*	*eſſent*
I had been		vel	vel	vel	vel	vel	vel
loved.		*fuiſſem*	*fuiſſes*	*fuiſſet*	*fuiſſemus*	*fuiſſetis*	*fuiſſent.*
Futurum 2.	*Amat-us*	*ero*	*eris*	*erit*	*erimus*	*eritis*	*erunt*
I ſhall have		vel	vel	vel	vel	vel	vel
been loved.		*fuero*	*fueris*	*fuerit*	*fuerimus*	*fueritis*	*fuerunt.*

Imperf. Imperf. Amat-um eſſe vel *fuiſſe* to have or had been loved.

Fut. Imperf. Amat-um iri vel *Amand-um eſſe* to be loved hereafter.

N. When *do*, *doſt*, *doth*, come not before another Verb, they are made in Latine by *ago* or *facio*; *did* and *didſt*, by *egi* or *feci*.

Am, *art*, *is*, *are*, *was*, *were*, by *ſum*, *eram*, &c.
Have, *haſt*, *hath*; *had*, *hadſt*, by *habeo*, *habui*, &c.
Have been, *had been*, by *fui*, *fueram*, &c.

The Preſent Tenſe many Times wants the ſign *do*, as *I love*, that is, *I do love*; and the Perfect Tenſe often wants the ſign *have*, as *I loved*, that is, *I have loved*. The Imperfect Tenſe ſignifies that which is paſt, but not finiſhed, as *ſcribebam I was writing*. And it is often put for the Perfect Tenſe, but that is to be done only by thoſe of good Judgment, who know how to do it gracefully, and not by Boys at every turn when *did* comes before a Verb.

Am, *art*, *is*, *are*, before *ing*, notes the Preſent Tenſe; I am reading, *lego*. —I am a going, *eo*. Sometimes you ſhall know the Tenſe rather from the meaning of the Sentence, than from any ſign in *Engliſh*; as, my Father's Servant *is come*, *is returned*, *is run away*, *is fled*, *is gone* to *London*; that is, my Father's Servant hath come, hath returned, hath run away, hath fled, hath gone to *London*.

Come to me *when you come* to Town, and as ſoon *as you can*; that is, when you ſhall have come to Town, as ſoon as you ſhall have been able; *Veni ad me cum in urbem veneris*, & *quamprimum potueris*: *Before the Maſter comes*, that is, before the Maſter ſhall have come, *priuſquam Præceptor venerit*.

Abſolute Verbs, that is, Verbs which need no Accuſative after them, may have *am*, *art*, *is*, *are*, *was*, *were*, after them, though they be not Paſſive Verbs; I am afraid, thou art awake, he is aſleep; *Ego timeo*, *tu vigilas*, *ille dormit*; I am glad, thou art ſad, he is angry; *Ego gaudeo*, *tu doles*, *ille irascitur*. The

The ſecond Preſent Tenſe has often the force of the Future Imperative, as *doce* or *docceas*, teach thou; *doceto* or *doceat*, let him teach; *doceamus*, let us teach; *docento* or *doceant*, let them teach; likewiſe the ſecond Perſons of the firſt and ſecond Future Tenſes, as *Valebis, valebitis, ne dixeris*, for *Vale, valete, ne dicito*; *Non occides, non ſcortaberis, non furaberis, non præbebis falſum teſtimonium.*

The firſt Tenſes are uſed when we expreſs a thing without any Condition or Reſtriction: But the ſecond Tenſes are uſed when we expreſs a thing with ſome Condition or Reſtriction, and therefore they commonly follow ſuch words as theſe, *utinam, ſi, cum, dummodo, licet, niſi, quaſi, ceu, tanquam, acſi*, &c. And ſo *I read, I have read, I ſhall read*, is expreſt by the firſt Tenſes; *when I read, if I read, I wiſh I may read, when I ſhall have read*, by the ſecond Tenſes.

Could, ſhould, would, are often made by the ſecond Imperfect Tenſe, or elſe *could* may be made by *poſſum, ſhould* by *deberem*, and *would* by *vellem.*

You may form the Regular Verbs afore-going thus.

1. Change *o* into *em* or *am*, as *Amo Amem, Doceo Doceam*, &c.

2. Caſt away *re* from the Impersonal preſent, and ſtraight you have the Future Imperative, as *Ama-re Ama*, to which add *bam, rem, bo, ns, ndi, ndo, ndum, ndus*, as *Ama-bam, ama-rem, ama-bo, ama-ns, ama-ndi, ama-ndo, ama-ndum, ama-ndus.* But Verbs in *io* of the third or fourth Conjugation, make *iebam, iens, iendi, iendo, iendum, iendus*; as *facio, faciebam, faciens, faciendi, faciendo, faciendum, faciendus.*

3. Change *i* of the Perfect Tenſe into *erim, eram, iſſem, ero, iſſe*; as *amavi, amaverim, amaveram, amaviſſem, amavero, amaviſſe.*

4. Change

4. Change *ui* into *u*, *ui*, *uis*, as *amat-ui amat-u*, *amat-uit amat-uit*.

Thus the whole Verb depends on the Theam.

The following Verbs are in ſome Tenſes Irregular.

Volo volui velle: Nolo nolui nolle: Malo malui malle.

Præſ. 1. { *Volo vis vult volumus vultis volunt.*
Nolo nonvis non-vult nolumus nonvultis nolunt.
Malo mavis ma-vult malumus mavultis malunt.

Præſ. 2. { *Velim velis velit velimus velitis velint.*
Nolim nolis nolit nolimus nolitis nolint.
Malim malis malit malimus malitis malint.

Imp. 1. { *Volebam*
Nolebam } *ebas ebat: ebamus ebatis ebant.*
Malebam

Imp. 2. { *Vellem*
Nollem } *es et: emus etis ent.*
Mallem

Fut. 1. { *Volam*
Nolam } *es et: emus etis ent.*
Malam

Fut. Imperativum. Noli nolito nolite nolitote.

Participium præſ. { *Volens.*
Nolens.

Volui, &c.
Noluí, &c. *erim, eram, iſſem, ero, iſſe*, as in Regular
Malui, &c. Verbs.

Eo ivi itum ire, to go.

Præſens 1.	*Eo*	*is*	*it*	*imus*	*itis*	*eunt.*
Præſens 2.	*Eam*	*eas*	*eat*	*eamus*	*eatis*	*eant.*
Imperf. 1.	*Ibam*	*ibas*	*ibat*	*ibamus*	*ibatis*	*ibant.*
Imperf. 2.	*Irem*	*ires*	*iret*	*iremus*	*iretis*	*irent.*
Futurum 1.	*Ibo*	*ibis*	*ibit*	*ibimus*	*ibitis*	*ibunt.*
Futurum Imperativum.		*I, ito, ito*			*ite itote*	*eunto.*

Participium præſentis temporis Iens, Genit. *euntis.*

Gerundia. *Eundi, eundo, eundum.*

Ivi, iverim, iveram, iviſſem, ivero, iviſſe, as in Regular Verbs.

All its Compounds are ſo declined, except *ambio*, which is declined like *audio.*

Veneo, venii, venire, without a Supine. 'Tis compounded of the defective Noun *Venui, venum*: So we ſay, *venui ſubjicere*, or *venum dare* (ſupple ad) or *venundare*, to let to Sale.

Queo and *ne-queo* are declined like *eo*, but want the Future Imperative, the Gerunds, and the Participle in *ns.*

Fero tuli latum ferre, to bear or ſuffer.

	r	ris re	tur	mur	mini	ntur.
Præſens 1.	*Fero*	*fers*	*fert*	*ferimus*	*feretis*	*ferunt.*
Præſens 2.	*Feram*	*feras*	*ferat*	*feramus*	*feratis*	*ferant.*
Imperf. 1.	*Ferebam*	*ferebas*	*ferebat*	*ferebamus*	*ferebatis*	*ferebant.*
Imperf. 2.	*Ferrem*	*ferres*	*ferret*	*ferremus*	*ferretis*	*ferrent.*
Futurum 1.	*Feram*	*feres*	*feret*	*feremus*	*feretis.*	*ferent.*
Futurum Imperativum.		*fer ferto*	*ferto*		*ferte fertote*	*ferunto.*
Participium præſentis.		*ferens.*				
Gerundia.	*Ferendi ferendo ferendum.*					
Participium futuri paſſivum.	*Ferendus.*					

Tuli tulerim tuleram tuliſſem tulero tuliſſe, as in Regular Verbs.

Latus ſum vel *fui*, *ſim* vel *fuerim*, *eram* vel *fueram*, *eſſem* vel *fuiſſem*, *ero* vel *fuero*.

Latum eſſe vel *fuiſſe*, *latum iri* vel *ferendum eſſe*, as in Regular Verbs.

Participium perfectum Latus. Participium futuri activum Laturus.

Præſens 1.	*Feror*	*ferris v. ferre*	*fertur*	*ferimur*	*ferimini*	*feruntur.*
Præſens 2.	*Ferar*	*aris v. are*	*atur*	*amur*	*amini*	*antur.*
Imperf. 1.	*Ferebar*	*baris v. bare*	*batur*	*bamur*	*bamini*	*bantur.*
Imperf. 2.	*Ferrer*	*reris v. rere*	*retur*	*remur*	*remini*	*rentur.*
Futurum 1.	*Ferar*	*eris v. ere*	*etur*	*emur*	*emini*	*entur.*
Futurum Imperativum.		*Ferre fertor*	*fertor*		*ferimini*	*feruntor.*

The Compounds of *fero* are thus conjugated *Aufero abſ-tuli ablatum auferre; affero attuli al-latum; confero contuli col-latum; differo diſ-tuli di-latum; effero ex-tuli elatum; infero in-tuli il-latum; offero obtuli ob-latum,* &c.

Fio factus ſum vel *fui fieri,* to be made or done.

Præſens 1.	*Fio*	*fis*	*fit*	*fimus*	*fitis*	*fiunt.*
Præſens 2.	*Fiam*	*fias*	*fiat*	*fiamus*	*fiatis*	*fiant.*
Imperfect. 1.	*Fiebam*	*fiebas*	*fiebat*	*fiebamus*	*fiebatis*	*fiebant.*
Imperfect. 2.	*Fierem*	*fieres*	*fieret*	*fieremus*	*fieretis*	*fierent.*
Futurum 1.	*Fiam*	*fies*	*fiet*	*fiemus*	*fietis*	*fient.*
Futurum Imperativum.		*fito*	*fito*		*fite fitote*	*fiunto.*

Factus ſum vel *fui, ſim* vel *fuerim, eram* vel *fueram, eſſem* vel *fuiſſem, ero* vel *fuero.*

Factum eſſe vel *fuiſſe, factum iri* vel *faciendum eſſe,* as in other Paſſive Verbs.

Si illa ſint Verba Impersonalia, *ea ſola erunt Verba Infinitiva, quia neque perſonas neque numerum definiunt; aliquando vero nec tempus definiunt.* Ter. *in Pharm.* Crus mane argentum ſe dare miles dixit. Cic. Quia fine ſcelere ſe fore intelligebat. *Aliquando à Verbo perſonali temporis ſignificationem deducunt. Ut* cupio legere *præſentis*; cupivi legere *præteriti*; cupiam legere *futuri.*

Omnia tempora ſecunda aliquando pro futuro ponuntur, exempli gratia.

Nil mihi reſcribas *attamen ipſe veni.*

Si pater hodie veniret *tecum* irem *Londinum.*

Ter. *Ne mora ſit, ſi* intuerim, *quin pugnus continuò in mala hæreat.*

Cic. *Reſcripſit quam gratum mihi eſſe futurum ſi quamplurimum in te ſtudii, officii, ac liberalitatis* contuliſſet.

PARTICIPIUM, *ideo dicitur quod partem à Verbo capiat, i. e. determinati temporis ſignificationem: hoc tamen falſum eſſe exinde liquet, quod ſingula participia omnia ſignificent tempora: Et ratio eſt, quia à Verbo perſonali adjuncto temporis ſignificationem deducunt. Participia in* ns, *non ſolum præſentis ſunt temporis, Verum etiam præteriti & futuri,* v. g. Ter. Ultro ad eam venies indicans te amare, i. e. *venies & indicabis*; *ſic etiam dicas,* heri venit ad me indicans ſe amare, i. e. *venit & indicavit. Nec participia perfecta ſunt tantum præteriti, quia dicimus* amatus ſum, amatus ero *vel* fuero. *Nec participia in* rus *ſunt tantum futuri, quia dicimus, heri* Scripturus eram literas. *Neque vero participia in* dus *ſunt tantum futuri, quia licet dicere,* Legendis carminibus eſt poeta, fuit poeta, erit poeta. *Hinc conſtat quam inepte ſtatuatur Participium pars Orationis à nomine diſtincta.*

ADVER-

ADVERBIUM quasi ad Verbum positum.

AN Adverb is commonly placed before the Verb.

Respondent ad *ubi?*

Hic, illic, istic, intus, foris, nusquam, nullibi, alibi, ubique.

Respondent ad *quo?*

Huc, illuc, isthuc, dextrorsum, sinistrorsum, sursum, deorsum.

Respondent ad *unde?*

Hinc, illinc, isthinc, inde, aliunde, superne, inferne.

Adverbs of number, *semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, septies, octies, novies, decies, vigesies, trigesies, quadragies, quinquagies, sexagies, septuagies, octogies, nonagies, centies, millies, infinities.*

Adverbs of Time, as, *nunc, tunc, tum, interea, pridie, postridie,* require a Genitive.

Adverbs of Place, as, *ubi, ubinam, alibi, nusquam, longe, eò, quò, huc, illuc,* require a Genitive.

Adverbs of Quality, as, *abunde, affatim, partim, nimis, satis, parum,* require a Genitive.

En and *Ecce,* require the Nominative or Vocative.

Peregre, usquam, nusquam, longe, signifie from a place, to a place, and in a place: as *peregre vel longe abeo, peregre vel longe domum redeo, nusquam est, nusquam ivit,* aut *venit.*

If *plus, amplius, minus* have any other Case than the Ablative after them, *quam* is understood.

Not is put after the Verb in *English,* but *non* is put before the Verb in *Latin.*

Ne signifying *to forbid,* is joyned to the Imperative or Subjunctive; as *ne timeto,* vel *ne timeas.*

Denuo

Denuo *valet de novo*; Nudiustertius 1. *nunc dies tertius*; pedetentim *quasi pedem tendendo*, quorsum, *pro quo versum*; horsum, *pro hue versum*; dextrorsum, *pro dextram versum*, &c. ilicet, scilicet, videlicet, *pro ire, scire, videre licet*; quare 1. *qua de re, vel quam ob rem*; hodie 1. *hoc die*; maximopere 1. *maximo opere*, &c.

Adverbia nullum regunt casum: Ille enim casus à voce aliqua suppressa regitur. Unde genitivus post tunc, tum, ubi, ubinam, alibi, unde, nusquam, longe, *&c. est Pleonasmus, vel dicas ea figuratè regere genitivum idque per* ονησιν; longe gentium, *quia in mente est ab longo spatio gentium.* Unde 1. *de quo loco*; nusquam 1. *nullo in loco*; ubi 1. *quo in loco*; alibi 1. *in alio loco*; ubique 1. *in quo vis loco*; undique 1. *ex quo vis loco*; tunc temporis 1. *in temporis articulo*; interea loci 1. *inter ea loci negotia.*

Abunde, affatim, partim, nimis, satis, parum vini. 1. *de re, vel liquore vini.*

En, ecce Priamus supple *adest, est, venit*; *en, ecce hominem* sup. *video vel vides.*

Pridiè ejus diei 1. *præcessore die ejus diei*; postridie 1. *postero die*; pridie nonas *s. ante*; postridie nonas *s. post nonas.*

PRÆPOSITIO ideo dicitur quia suis casibus præponitur; exceptis *usque tenus* & *tenus versus.*

Accusativum regunt.

Ad, penes, adversus, cis, citra, circiter, extra,
Erga, apud, ante, secus, trans, supra, versus, & intra,
Ultra, post, præter, propter, prope, pone, secundum,
Per, circum, circa, contra, juxta, inter, ob, infra.

Abs,

Ablativum regunt.

Abs, ab, & a, *ſic* abſque. palam, de, ex, e, ſine, coram, Cum, pro, præ, tenus; & *plurali cum genitivo.*

Sub, ſuper, in, ſubter, clam, *quartum dant quoque ſextum.*

a and *e* are ſet before words beginning with Conſonants; *ab* and *ex* commonly before words beginning with Vowels; *abs* before words beginning with *t* or *q*.

Cum is put after *me, te, ſe, nobis, vobis.*

In ſignifying barely *in*, governs an Ablative; ſignifying *into, towards, againſt*, an Accuſative.

Super for *concerning*, hath an Ablative; for *above, beſides, beyond*, an Accuſative; for *upon*, the Accuſative or Ablative.

Sub under, requires an Ablative; *ſub about*, an Accuſative; *ſub* and *ſubter*, implying *motion*, an Accuſative.

A Preposition compounded with a Verb oftentimes governs the ſame Caſe that it governs when it is by it ſelf; and ſometimes it is elegantly repeated after the Verb, as *adeo Scholam*, or *adeo ad Scholam*; *Exeo Schola*, or *Exeo ex Schola*; *Tra-duxit equitatum pontem* 1. *duxit equitatum trans pontem.*

CONJUNCTIO *à conjungendo, quia ſententias conjungit: Conjunctiones propriè non jungunt caſus aut modos (id enim fit per Ellipſin) ſed ſententias; v. g.* ſtudui Romæ & Venetiis, 1. *ſtudui Romæ & ſtudui Venetiis*; eſt pius & doctus, 1. *eſt pius, & eſt doctus.*

Et, ac, atque, nec, neque, aut, vel, ſeu, ſive, quam, niſi, præterquam, cum, tum, tanquam velut, quaſi, uti, have com-

commonly alike Cases and Moods before and after them.

Autem, enim, quidem, quoque, vero, are put after the second or third word in a Sentence.

Quod *that,* commonly notes that which is past, and is joyned to the Indicative.

Ut *that,* notes that which is to come, and is joyned to the Subjunctive.

After *adeo, ideo, ita, sic, tam,* likewise after *tot, tam, tantus, tantum abest, accidit, contigit, evenit, fit,* follows *ut* and not *quod.*

INTERJECTIO *ideo dicitur, quia interjicitur Orationi ad declarandum animi affectum.* Sanctius *affirmat Interjectiones nulla cogente ratione annumerari partibus Orationis, cum sint tantum signa lætitiæ aut tristitiæ, quæ eædem apud omnes sunt; vel sint potius soni inarticulati, v. g.* phy, pshaw, pish, tush, hush, hemm, ah, ahah, oh, ohoh, obe, io, proh, heu, hei, hui, whoo, au, away, vah, fie, hour, (*upon ye*) atat, 'st, whist, euge, holloo, soho, avoo, ha, ha, he, hi, ho, hu. *Pudet ergo affirmare Interjectiones aliquem casum, nedum varios casus regere. Casus ergo qui illis additur, regitur a Voce aliqua quæ ob affectum supprimitur:* O vir fortis 1. *O quam es vir fortis;* O fortunatos Agricolas 1. *O quam dicamus fortunatos;* O me miserum; 1. *O quam me miserum sentio;* O Dave, *Vocativus non regitur ab O, sed per se sufficit, ponituruque absolutè.* Proh Deûm atque hominum fidem, *supple imploro;* hei & *væ cum dativo sunt nomina & significant idem quod malum, ut* væ tibi 1. *væ sit tibi, Apoc.* 9. 12. Væ secundum abiit & ecce væ tertium venit cito.

There may be as many Interjections as Nature or Custom shall contrive to express the Passions of our mind. *Ah, oh, proh, heu, hem,* may have the Nominative, Accus. and Voc. after them. *Hei* and *Væ* the Dative.

Finis Rudimentorum.

ETYMOLOGIA.

De Generibus Nominum.

Duo tantum genera novit ratio naturæ; Lingua Hebraica ut & omnes Orientales, necnon & modernæ complures duo tantum agnoſcunt: Neutrum non tam eſt tertium genus, quam aliorum negatio. Propter ſola adjectiva (ut recte annotavit Sanctius) *reperta ſunt in ſubſtantivis genera; nam ſi adjectiva eſſent unius tantum terminationis uti ſex, ſeptem, octo, perinde ac ſunt omnia adjectiva in lingua Anglicana nulla prorſus eſſet apud Grammaticos de genere diſputatio: Græci tamen & Latini genera confundunt.*

Quò Regulæ genitrum memoriæ tenacius inhæreant, eas metricè tradidimus, Verum quia imprimis claræ eſſe debent, ut à Pueris citius intelligantur, ideo eas faciles reddere pro virili elaboravimus.

Haud eſt operæ pretium noſmet ſolicitos habere de obſoletis, nimis raris, & peregrinis vocibus, cujuſmodi ſunt hæc maſcula eſox, volvox, hallux, Orix, Spadix, Urpix, ames, tudes, *quæs vix ſemel in ſæculo legas; ſi forte fortuna hujus ſurſuris voces occurrant, ne tunc pigeat conſulere Dictionarium.*

REgulæ Generales ſeu ſigdificationis ſunt tres; dicuntur generales, quia ſequuntur genus, Vocis generalis *Mas, ventus, fluvius, fœmella, inſula, Regio, arbor, urbs.*

1. Nomen significans marem genus esto virile,
Nomen item Venti, ac Fluvii genus esto virile.
At Styx, Lethe, *& fluviorum nomina primæ declin. sequuntur regulam terminationis.*

2. Nomen significans fœmellam fit muliebre,
Insulæ item nomen, Regionis, & Arboris, 1. Urbis 2.
1. *Hic spinus, hic oleaster; hoc acer, robur, siler, suber.*
2. *Urbium nomina in* um, *& tertiæ declin. & pluralia in* i, a, *sequuntur regulam terminationis.*

Urbes & Regiones habebantur Matres, quia instar matris alunt incolas:
Ita etiam Arbores, quia instar Matrum fructus pariunt.

3. Communis generis quod sexum signat utrumque,
Ut conviva, parens, testis, custos, comes, hæres,
Sic bos, grus, sus, sic anguis, canis, atque palumbes.
Exc. Mascula glis, coccyx, Phœnix, cum turture, vultur,
Mus, lepus, ac elephas, mugil, bombyxque salarque,
Scorpio, curculio, sic vespertilio, vermis.

Cætera creaturarum nomina quarum sexus vix discernitur, sequuntur Regulam Termin. vel si velis in his etiam sexum distinguere, dicas cum Veteribus pavo mas pavo fœmina.

Regulæ speciales, seu Terminationes sunt tres.

1. Finita in *er*, *or*, *o*, *n*, *os*, & *us*, secundæ aut quartæ mascula sunt.

Exc. Fœmineum linter, sed tuber, verque, cadaver,
Uber, iter, spinter, tum terræ semina (*a*) neutra;
Fœmineum est arbor; neutrum æquor, marmor, ador, cor;

(*a*) *Piper, ziniber, papaver, cicer à quo* Cicero.

Fœmi-

Fæmineum caro; neutrum gluten, & inguen, & unguen;
Fæmineum cos, dos, neutrum eſt os oris, & oſſis:
Hæc dant vannus, humus, dant hæc domus, alvus, acuſque
Porticus, atque tribus, colus, & manus, addito ficus, (b)
Hæc aut hic groſſus, ſpecus, & penus, adde phaſelus,
Hoc virus, pelagus, neutrum modo, mas modo vulgus.

2. A primæ, *io*, *do*, *go*, *as*, *es*, *is*, *aus*, *s* poſt conſonam, & *x* fœminina ſunt.

Exc. Harpago, tum pugio, ſcipio, titio, O (c) numerale,
Ordo, ligo, cardo, margo, quoque maſcula ſunto;
As cum compoſitis (d) dant hic; vas dicito neutrum.
Hic poples, limes, ſtipes, fomes, parieſque,
Pes, palmes, trames, termes, cum gurgite, ceſpes;
Æs neutrum, dubiumque dies, (e) mas eſto ſecundo:
Hic crinis, funis, ſic amnis, panis, & ignis,
Hic cinis & vomis, dant hic lapis, orbis, & axis,
Hic caulis, collis, ſic faſcis, menſis, & enſis,
Hic fuſtis, follis, ſic piſcis, pulvis, & unguis,
Hic poſtis, ſanguis, torris, vectis, cucumiſque,
Hæc aut hic callis, clunis, finis, quoque torquis;
Hic fons, mons, pons, dens, radens, hydropſque, chalybſque. (f)
Hic quincunx (g) fornix, varix, grex, adde calixque.
Calx pedis eſt dubium: dant hic diſſyllaba in *ax*, *ex*,
Exceptis carex, forfex, fornax, dubiumque
Tradux, atque filex, imbrex, cum cortice, pumex.

3. *A*, *E*, & *Us*, tertiæ, *c*, *l*, *men*, *ar*, *ur*, *ut*, *um*, *u*, & indeclinabilia neutra.

(b) *At hic ficus pro morbo.* (c) *Senio, ternio, quaternio.*
(d) *Centuſſis, ſextans, quadrans.* (e) *Hic meridies.*
(f) *Hic adeps, hoc atriplex.* (g) *Septunx, deunx.*

Exc. Hic ſal, ſol, furfur, ſed ſal tibi rarius hoc dat;
Hæc tellus, virtus, ſervitus, atque juventus,
Adde pecus pecudis, ſubſcus, incuſque, ſenectus,
Junge paluſque, ſalus, intercus quæ *cutis* optat.

The Common of Two is the Maſculine or Feminine, according to the Sex.

The Doubtful is the Maſculine or Feminine, according to your choice.

Græca nomina ſuæ originis genus plurimum ſervant;
Quædam maſcula ſunt, ut adamas, epodos, tripus, magnes, lebes, tapes, *item* ſotites, cometes, planetes, primæ; *Item compoſita à* λογος, *ut* catalogus, decalogus, *&c.*
Quædam fœminina ut dialectus, diphongus, cremus, icon, findon, pharus, atomus, diameter; *Item compoſita ab* ὁδος, *ut* exodus, methodus, periodus, ſynodus, *&c.*
Quædam neutra, ut artocreas, chaos, melos, epos, cacoethes, hippomanes, *&c.*
Adjectivum uſu factum ſubſtantivum eſt ejus generis, cujus eſt ſubſtantivum ſubintellectum, unde ſequentia maſculina ſunt.
Natalis *ſupple dies*; aqualis *ſ. urceus*; jugalis, cornipes, ſonipes *ſ. equus*; maxillaris *ſ. deus* molaris *ſ. deus vel lapis*; majalis nefrens *ſ. porcus.*
Martius, Aprilis, December, *ſ. menſis.*
Profluens, torrens, *ſ. amnis*; rudens *ſ. funis*; ſerpens *ſ. anguis*; bidens, tridens, *ſ. ligo*: bidens *etiam eſt fœminium, quia intelligitur ovis*, &c.
Propriè tamen loquendo, Adjectivum ut Sanctius *annotavit, nullius eſt generis, quia per ſe in Oratione ſubſiſtere nequit: ſed habet terminationes correſpondentes generi Subſtantivorum, unde una terminatio correſpondet maſculinis alia fœmininis, alia neutris.*

Theſe following Adjectives are not uſed in the Neuter Gender, eſpecially in the Nominative, Accuſative, and Vocative Plural.

Teres

Teres hebes, pauper, puber, ſic degener, uber,
Et dives, locuples, ſoſpes, quibus adde ſuperſtes,
Compos, inops, præpes, ſupplex, vigil, & memor, impos.

Like *Triſtis*, is declined *Salubris, Salubre*; or elſe *Saluber, Salubris, Salubre*,

Sic alacerque pedeſter, ſilveſterque paluſter,
Campeſter, volucer, celeber, celer, acer, equeſter.

Annotationes in Declinationes.

1. *Filia, nata, equa, mula, dea, domina, anima*, &c. have the Dative and Ablative Plural rather in *abus*, to diſtinguiſh them from the Dative and Ablative Plural of *filius, natus, equus, mulus, deus, dominus, animus*.

Familia has often in the Genitive Singular *familias*, after the Greek manner, as *pater familias, patris familias, patri familias, patrem familias*, &c.

Reſpublica, reipublicæ, reipublicæ, rempublicam, reſpublica, republica, &c.

Maſc. Æneas	æ	æ	an	a	a.
Maſc. Priamides	æ	æ	en	e	e.
Fem. Penelope	es	æ	en	e	e.

2. *Juriſ-peritus, Juriſ-periti, Juriſ-perito, Juriſ-peritum, Juriſ-perite, Juriſ-perito*, &c.

Jusjurandum Jurisjurandi Jurijurando. Jusjurandum Jusjurandum Jurejurando. It is hardly read in the Plural.

Deus, dei, deo, deum, deus, deo, Dii, deorum, diis, deos dii, diis.

Filius maketh the Vocative *fili*. Likewiſe names of Men in *ius*, as *Virgilius, Georgius*, &c. by taking away *us* from the Nominative.

Orpheus, ei *vel* eos, eo *vel* ei, eon *vel* ea, eu, eo.

3. The Genitive of the third Declenſion is known by practice, and the Vocabulary.

Clavis makes the Accuſative *em* or *im*, the Ablative *e* or *i*, and the Genitive Plural *ium*.

Sic febris, navis, turris, quibus addito torquis,
Sic pelvis, peſtis, puppis, reſtiſque, ſecuris.

Ravis, ſitis, tuſſis, amuſſis, Thameſis, and other names of Rivers in *is*, make the Accuſative *im*, and the Ablative *i*.

Neuters in *al, ar, e*, make the Ablative in *i*, the Nominative Plural *ia*, and the Genitive *ium*. Except *far, hepar, Jubar, nectar, præſepe, Præneſte*, which want the Plural.

Adjectives in *ns*, have rather *e* in the Ablative, eſpecially when they are put Abſolute.

Par an Adjective, Verbals in *-trix*, when they are Adjectives, and names of Months in *er* or *is*, have the Ablative in *i*.

When the Nominative Singular endeth with two Conſonants, as *trabs*, &c. the Genitive Plural ſhall end in *ium*; except *hyemum*.

Nouns not increaſing in the Genitive Singular, have *ium*; except *panum, opum, apum* or *apium*.

Commonly all Subſtantives which ſignifie *he* or *ſhe*, have the Genitive Plural in *um*.

Cor, cos, dos, lis, glis, mus, fex, nix, nox, ſal, lar, par, os oſſis, have *ium*.

Lath, fraus, mos, flos, lex, grex, nux, vox, rex, crus, pes, have *um*.

Boves, boum, bobus.

Nouns in *a* of this Declenſion are come of the *Greek*, and have the Dative and Ablative Plural rather in *is*, than *ibus*: becauſe the Old *Latines* ſaid, *Hoc poemasum, epigrammasum*, &c. Many

Many *Greek* words of this Declenſion have the Accuſative Singular in *a*, and the Accuſative Plural in *as*.

4. *Lacus* hath the Dative and Ablative Plural in *ubus*. Likewiſe Quercus, acus, ficuſque, ſpecus, partus, tribus, artus.

Quæſtus, portus. genu, veru, have *ibus* or *ubus*, Jeſus, Jeſu, Jeſu, Jeſum, Jeſu, Jeſu.

Irregular or Heteroclite Nouns.

INſulſum eſt (inquit doctiſſimus Sanctius) exiſtimare Heteroclita eſſe nomina Hermaphroditica, quæ genus ſuum identidem mutent; quippe hæc diverſitas generis inde procedit, quod olim multa nomina duas habuiſſent Terminationes in Nominativo ſingulari, quarum altera jam abiit in deſuetudinem. Opus eſſet negotioſum ſimul & otioſum ſingulas enumerare voces, quæ genere, declinatione, vel terminatione abundent: nequaquam vero (ſi nos audis) operæ pretium foret omnes recenſere: Si quas hic ſubjecimus Tyrones probè obſervaverint, proprio Marte de cæteris poterunt facillimè dijudicare.

Variantia.

Hic *Jocus, locus*; Pluraliter *Joci* & *Joca, loci* & *loca.*

Hic *Mænalus, Tartarus,* &c. Pluraliter *Mænala, Tartara.*

Hæc *Carbaſus, Pergamus*; Pluraliter *Carbaſa, Pergama.*

Hoc *Cœlum, Argos*; Pluraliter *Cœli, Argi.*

Hoc *Vas vaſis*; Plur. *Vaſa vaſorum.*

Hoc *Balneum, delicium, epulum, nundinum*; Plur. *Balneæ, deliciæ, epulæ, nundinæ.*

Hoc *Frænum, raſtrum*; Plur. *Præni* & *fræna, raſtri* & *raſtra.*

Defectivia.

Deficientia.

Some words have but one Caſe, *aſtu, juſſu, natu, promptu, ſponte, in gratiâ, nauci, ejuſmodi.*

Some have only two, *dica dicam, tabi tabo, ſuppetiæ ſuppetias, inficiæ inficias.*

Some have three, as *dapis dapem dape*; likewiſe *frugis, opis, precis, ſordis, vicis*; yet theſe have all the Caſes Plural.

Nominative and Accuſative *plus*, Genitive *pluris*, Ablative *plure*; in the Plural it hath all Caſes. In the Nominative and Accuſative Singular it is uſed as a Subſtantive in the Neuter Gender, but in all other Caſes it is an Adjective.

Tot, quot, quatuor, quinque, ſex, and ſo forward to *centum*, are not declined.

Ducenti, æ, a, ducentorum, arum, orum, &c. Likewiſe *trecenti, quadringenti, quingenti, ſexcenti, ſeptingenti, octingenti, nongenti.*

Mille *adjectivum Græce* χίλιοι *adverbium adſciſcit, ut* bis mille homines. *Indeclinabile.*

Mille *ſubſtantivum eſt ſingularis numeri & indeclinabile, at in plurali* millia, millium, millibus, *Græce* χιλιάς *& adjectivum adſciſcit, ut* duo millia hominum.

Hordea, farra, forum, os oris, mel, jus, mare, rus, thus, have only the Nominative, Accuſative, and Vocative Plural. Likewiſe *defrutum, mulſum, muſtum, grates.*

Words of the fifth Declenſion are ſcarce read in the Plural. Excipe *res, ſpecies, acies, faciesque, dieſque.*

Plurali carent.

M. Veſper, item pontus, pallor, timor, æther, & aer,

F. { Alvus, humus, tabes, proles, ſoboles, fuga, culpa,
Gloria, vita, ſalus, lues, peſtis, mors, quoque, labes.
N. Ver, pelagus, barathrum, vitrum, fel, vulgus, & ævum.

Commonly all words which we do not uſe in the Plural in *Engliſh*, want the Plural in *Latin*: And ſuch as we do not uſe in the Vocative in *Engliſh*, want it in *Latin*.

Singulari carent.

M. { Artus, cancelli, faſti, caſſes, procereſque,
Et vepres, ſentes, lumbique, lareſque, penates,
F. { Blanditiæ, grates, nonæ, idus, atque, calendæ,
Clitellæ, cunæ, ambages, tenebræque, foreſque,
Divitiæ, therimæ, valvæ, ſic primitiæque,
Gerræ, apinæ, tricæ, nugæ, latebræque, minæque,
Induciæ, inſidiæ, ſic nuptiæ, ineptiæ, & ædes.
N. { Biblia, & Ilia, ſic præcordia, viſcera, & exta,
Mœnia, cum caſtris, ſpoliis, bellaria, & arma,
Cum paucis aliis quas hac quoque claſſe reponas.

Item hæc Adjectiva quæ pro Subſtantivis Maſc. generis accipiuntur, manes, ſuperi, inferi, *ſupple* Dii; Majores, minores, poſteri, magnates, optimates, primores, *ſ.* homines; cani *ſ.* capilli; gemini *ſ.* fratres; liberi *ſ.* pueri; annales, pugillares *ſ.* libri.

Itidem hæc adjectiva quæ pro ſubſtantivis neutri generis accipiuntur ſponſalia *ſupple* convivia; juſta, parentalia *ſ.* funera; æſtiva, hiberna, ſtativa *ſ.* loca *vel* caſtra; Bacchanalia, Saturnalia, *&c. ſ.* feſta, *Genit.* Bacchanaliorum *vel* ium, *Dat.* Bacchanalibus.

Abundantia.

Many words have indifferently *us* or *um* in the Nominative Singular, as *commentarius*, or *commentarium*. Likewiſe *baculus*, *clypeus*, *punctus*, *ſenſus*, *tignus*; *baptiſmus*,

tiſmus, baptiſma, baptiſmum; contages, io, ium; colluvies, io, ium; Juventus, a; ſenectus, a; avaritia, es; ſo *duritia, luxuria, materia,* &c. *Paſcha, æ,* vel *atis; Mulciber,* Genit. *beri, bri, beris, bris; Hieroſolyma æ,* vel *Hieroſolyma orum; requies etis* vel *ei.*

Tolle, me, mu; mi, mis, ſi declinare domum vis.
Hic ficus fici, malus eſt in corpore morbus;
Hæc ficus fici *vel* ficus, fructus & arbor.

Laurus, colus; Genit. *i* vel *us.* Ablat. *o* vel *u.* Accuſ. Plur. *os* vel *us. Pinus* in the Ablative *u,* and in the Plural *us*: Their other Caſes are of the ſecond Declenſion.

Illimus, a, um, or *illimis, illime;* likewiſe *effrænis, acclivis, enervis, imbecillis, magnanimus, inermus, inſomnis,* &c.

Adjectivorum comparatio.

MAny Adjectives, to whoſe *Engliſh* you may put *-er* and *-eſt, more* and *moſt,* commence their degrees of Compariſon. There be three degrees of Compariſon; the *Poſitive, Comparative,* and *Superlative.* If you add *or* to the firſt Caſe of the Poſitive that ends in *i,* then you have the Comparative; If you add to it *ſſimus,* you have the Superlative.

	Nom.	Gen.
Poſitive.	*Durus,*	*duri,* hard.
Comparat.	*Duri-or,*	*us,* harder or more hard.
Superlat.	*Duri-ſſimus, a, um,*	hardeſt or moſt hard.

From this Rule are excepted theſe that follow.

1. The Poſitive in *er* will form the Superlative by adding *rimus* to the Nominative; as *acer* (*acri-or*) *acer-rimus; tener* (*teneri-or*) *tener-rimus.*

We

We alſo ſay *vetus, veterior, veterrimus*; *poſterus, poſterior, poſtremus*, or *poſthumus*; *nequam* indeclinabile, *nequior, nequiſſimus.*

2. *Facilis, humilis, ſimilis*, and ſometimes *agilis, docilis, gracilis*, form the Superlative by changing *is* into *limus*; as *ſimilis* (*ſimili-or*) *ſimil-limus.*

3. Adjectives derived of *dico, volo, facio*, change *us* into *entior, entiſſimus*; as *maledicus, maledicentior, maledicentiſſimus*; ſo alſo *benevolus, munificus.*

4. *Bonus, melior, optimus*; *malus, pejor, peſſimus*; *magnus, major, maximus*; *parvus, minor, minimus*; *multus, plurimus, multa, plurima, multum, plus, plurimum.*

5. If a Vowel come before *us*, the Comparative is made by adding *magis*, and the Superlative by adding *valde* or *maxime*; as *arduus, magis arduus, maxime arduus.* And ſo always where the form of Compariſon is not in uſe, as in

Magnanimus, mirus, claudus, ſalvus, memor, almus,
Delirus, rudis, vulgaris, calvus, egenus, &c.

Likewiſe Adjectives in *bundus, imus, inus, ivus, orus*, Participles in *rus* and *dus*, are not compared; yet *colendiſſimus, obſervandiſſimus, reverendiſſimus*, are frequently uſed.

Theſe want the Poſitive; *prior primus, ocior ociſſimus, potior potiſſimus, deterior deterrimus, ulterior ultimus, interior intimus, exterior extimus* & *extremus, ſuperior ſupremus* & *ſummus, propior proximus.*

Theſe want the Comparative; *conſultus, diverſus, invictus, invitus, inclytus, meritus, novus, perſuaſus, falſus, fidus -iſſimus*; *ſacer ſacerrimus, nuperus nuperrimus.*

Theſe want the Superlative; *dexter, ſiniſter, communis, declivis, longinquus, opimus, ſupinus -ior*; *Juvenis Junior, ſenex ſenior.*

Licentior, anterior, have only the Comparative.

Omnino

Omnino licenter Plautus, *ſpiſſigradiſſimus*, &c. *Nihil confidentiloquius neque mendaciloquius quam cives quas ſcurras vocant*, &c.

Inveſtigatio Thematis.

In ſequente Synopſi præterita & Supina verborum nec intuitu addiſci poſſunt, methodo longe faciliori & accuratiori quam ex ſpinoſis Lilianis regulis. Hunc tractatum debent Pueri quam exactiſſimè callere, nam à Themate omnia Verbi tempora dependent: Non eſt materia omnino ſequax aut apta verſibus, ideoque ſoluta Oratione tam expedivimus. Supina non ſunt Verba, ſunt tamen nomina Verbalia quæ eundem quem Verba caſum regunt, & à quibus verba frequentativa & deſiderativa formantur, Item Participia præteriti & futuri temporis in rus, & multa etiam nomina Verbalia.

VERBA primæ Conjugationis formant *-avi -atum.* ut amo, blatero, ciro, damno, erro, judico, laudo, manifeſto, &c.

Excipe, Juvo juvi jutum.

Mico micui *Supino caret*; at dimico *avi atum.*

Lavo lavi lavatum & lotum.

Labo *caret præterito & Supino.*

Frico fricui frictum, ſeco ſecui ſectum.

Neco necavi necatum.

At ejus compoſita dant *avi atum* & *ui ctum.*

Crepo, cubo, domo, ſono, tono, veto, *ui itum.*

Olim tamen omnia ſupra dicta formabant avi atum *quod in variis exemplis apud Authores videre eſt.*

Do dedi datum, ſto, ſteti, ſtatum: Comp. *ſtiti ſtitum* & aliquando ſtatum.

Applico, complico, explico, implico, habent *avi atum*, vel *ui itum.*

Pro

Pro cenavi, juravi, titubavi, votavi, dicimus etiam cenatus sum, juratus, titubatus, potatus sum vel fui.

Deponents of this Conjugation have *-atus ſum.*

Many Deponents, eſpecially of this Conjugation, have Gerunds and Participles both Active and Paſſive: but the Future Imperſonal is *-urum eſſe.*

VERBA ſecundæ Conjugationis formant *ui, itum.*
Ut moneo, debeo, habeo, terreo, coerceo, exerceo, &c.
Excipe Jubeo juſſi juſſum,
Sorbeo ſorbui & ſorpſi ſorptum.
Doceo docui doctum, miſceo miſcui miſtum & mixtum.
Sedeo ſedi ſeſſum, frendeo frendi freſſum,
Video prandeo *di ſum*, dicitur etiam pranſus ſum.
Mordeo momordi morſum, pendeo pependi penſum.
Spondeo ſpoſpondi ſponſum, tondeo totondi tonſum.
Indulgeo, torqueo, *ſi tum.*
Augeo, lugeo *xi ctum*; ſic mulgeo, atque *ſi ſum.*
Neo, -leo, -veo, *vi tum*, teneo tenui tentum,
Torreo torrui toſtum; cenſeo cenſui cenſum.
Hæreo, maneo, rideo, ardeo, ſuadeo *ſi ſum.*
Caveo cavi cautum, faveo favi fautum,
cieo cievi citum, vieo vievi vietum.
Carent Supino. Luceo frigeo *xi*; ſtrideo ſtridi, arceo arcui, timeo timui.
Algeo fulgeo turgeo urgeo *ſi*; ferveo fervi & ferbui.
Conniveo connivi & connixi.
Item Verba abſoluta quæ habent *ui* in perfecto.
Exceptis oleo, doleo, placeo, valeoque,
Pareo item & careo, noceo, caleo, jaceoque,
Et lateo, taceo.
At deliteo, & con-ob-re-ticeo carent Supino.

Oleo

Oleo olui olitum, *to ſmell*, ſic etiam compoſita, at eorum ſupina vix apud Claſſicos invenias.
Oleo olevi oletum, *to grow*, ſic exoleo obſoleo ſed inoleo inolevi ſine ſupino.
Adoleo adolevi adultum, aboleo abolevi abolitum.
Audeo auſus, gaudeo gaviſus, mœreo mœſtus, ſoleo ſolitus ſum *vel* fui ſolere.

Carent præterito adeoque Supino.

Flaveo glabreo liveo polleo renideo & medeor.

Deponentia, Mereor merui & meritus ſum, fateor faſſus, miſereor miſertus, polliceor pollicitus, reor ratus, tueor tuitus, vereor veritus ſum vel fui vereri.

TERTIA Conjugatio regulam generalem non habet.

Bo. Bibo bibi bibitum, glubo glubi glubitum & glupſi gluptum.
Scribo nubo *pſi ptum*, dicitur etiam nupta ſum.
Cumbo exolevit at Compoſita cubui cubitum.

Co. Dico dixi dictum, duco duxi ductum;
Vinco vici victum; ico ici ictum.
Parco parſi parſum & peperci parcitum.

Sco. Creſco crevi cretum.
Noſco novi notum, ſic ignoſco, dignoſco.
Agnoſco agnovi agnitum, cognoſco cognovi cognitum.
Paſco pavi paſtum, at compeſco diſpeſco *ui itum*.

Do. Do *-di -ſum*, ut ſcando, conſcendo, accendo, incendo, prehendo, *&c.*
Edo edi eſum *to eat*, at comedo comeſum & comeſtum.
Credo, edo, dedo, reddo, perdo, abdo, *vel* obdo,
Condo, indo, trado, prodo, vendo, ſimul addo,
formant *didi ditum*.
Vado, rado, lædo, ludo divido, trudo,
Et claudo, plaudo, rodo, formant ſibi *ſi ſum*.

Cado

Cado cecidi caſum, cædo cecidi cæſum,
Cedo ceſſi ceſſum, fundo fudi fuſum,
Findo fidi fiſſum, ſcindo ſcidi ſciſſum,
Pando pandi panſum & paſſum,
Pedo pepedi peditum, pendo pependi penſum,
Tendo tetendi tenſum & tentum,
Tundo tutudi tunſum, compoſita *tuſum*.

Go. Go *xi ctum*, ut affligo, plango, ungo, jungo, ſugo, diſtinguo, *&c.*

Surgo, pergo, rexi rectum.
Sed fingo, pingo, ſtringo, mingo (vel meio) abjiciunt *n a* Supino.
Frango, ago egi actum; lego legi lectum,
At diligo, intelligo, negligo *-exi ectum*.
Pango pepigi *to bargain*, pegi & panxi *to joyn*, pactum.
Pungo pupugi & punxi punctum. Comp. ſolum punxi,
Præter repungo quod facit repupugi & repunxi.
Tango tetigi tactum. Mergo, ſpargo, tergo, *ſi ſum*.

Ho. Traho traxi tractum, veho vexi vectum.

Lo. Alo, molo *ui itum*; colo, conſulo, oculo, *ui ultum*.
Excello, præcello, *cellui celſum*, antecello *-ui* ſine ſupino.
Percello perculi perculſum, ſic procello, recello.
Fallo fefelli falſum, refello refelli ſine ſupino.
Pello pepuli pulſum, ſallo ſalli ſalſum,
Tollo ſuſtuli ſublatum, vello velli & vulſi vulſum.

Mo. Fremo, gemo, vomo, *ui itum*.
Emo emi emtum, premo preſſi preſſum,
Como, demo, promo, ſumo, *ſi tum*.

No. Sperno ſprevi ſpretum, ſterno ſtravi ſtratum,
Conſterno, as, animo tribuitur, conſterno is corpori.
Lino levi aliquando lini & livi litum.
Cerno crevi cretum, ſed pro *videre* caret præt. & ſup.
Contemno contemſi contemtum, ſino ſivi ſitum.
Cano cecini cantum, compoſ. cinui centum.

Gigno genui genitum, pono poſui poſitum.

Po. Sculpo, carpo, ſerpo, repo, &c. *-pſi -ptum.*

At rumpo rupi ruptum, ſtrepo *ui itum.*

Quo. Coquo coxi coctum, de-re-linquo liqui lictum.

Ro. Quæro quæſivi quæſitum, tero trivi tritum,
Vero verri & verſi verſum, curro cucurri curſum,
Gero geſſi geſtum, uro uſſi uſtum,
Sero *to ſow or plant*, ſevi ſatum, comp. ſitum,
In alia ſignificatione habet ſerui ſertum.

So. So *ſivi* vel *ſi* per apocopen *ſitum*: ut arceſſo, capeſſo, faceſſo, laceſſo.

Pinſo pinſui pinſitum *vel* pinſi pinſum & piſtum.

To. Meto meſſui meſſum, mitto miſi miſſum.
Necto, pecto, plecto *xi* vel *xui xum.* Flecto *xi xum.*
Peto petivi petitum, verto verti verſum.
Sillo ſtiti ſtatum; comp. vix habent ſupinum, at legitur extiturus.

Vo. Solvo ſolvi ſolutum, ſic volvo; vivo vixi victum.

Xo. Texo texui textum, nexo nexui nexum.

Io. Facio, jacio *eci actum*; comp. quæ mutant *a* in *i* *ectum.*

Lacio & ſpecio exole verunt at comp. *-exi ectum.*
Præter elico elicui elicitum.
Fodio fodi foſſum, fugio fugi fugitum,
Capio cepi captum; compoſ. ceptum.
Cupio cupivi cupitum, pario peperi partum.
Rapio rapui raptum; comp. ripui reptum.
Quatio ſine præt. quaſſum ſed comp. cutio cuſſi cuſſum.

Uo. Arguo, diluo, ſtatuo, tribuo, &c. *ui utum.*

At luo lui luitum, ruo rui ruitum comp. rutum.
Fluo fluxi fluxum, ſtruo ſtruxi ſtructum.

Supino carent. Dego degi, pſallo pſalli, conquiniſco conquexi, ſapio ſapui & ſapivi, lambo ſcabo *-bi*; rudo ſtrido *-di*; inceſſo, viſo *-ſi*; ango, clango, ningo *xi.*

Sterto,

Sterto, tremo, meruo, ſic congruo, & ingruo, depſo,
Reſpuo, & compoſita à nuo formant *ui* ſine Supino.

Præterito adeoque Supino carent. Inceptiva in *ſco* quæ à nomine derivantur, ut pueraſco, & quæ à Verbo ut tepeſco, &c. niſi hæc præteritum mutuentur à primitivis, Itidem,

Sido, furo, vergo, ſic ambigo, gliſco, fatiſco,
Sic itidem liquor, ringor, veſcor, reminiſcor.

Deponentia.

Adipiſcor adeptus.	Loquor locutus.
Amplector amplexus.	Sequor ſecutus.
Complector complexus.	Nanciſcor nactus.
Comminiſcor commentus.	Naſcor natus.
Defetiſcor defeſſus.	Nitor niſus *vel* nixus.
Expergiſcor experrectus.	Obliviſcor oblitus.
Fungor functus.	Paciſcor pactus.
Fruor fructus *vel* fruitus.	Patior paſſus.
Gradior greſſus.	Proficiſcor profectus.
Iraſcor iratus.	Queror queſtus.
Labor lapſus.	Ulciſcor ultus.

Morior mortuus ſum *vel* fui mori, tametſi apud Poetas *moriri* & *moriri*.

VERBA quartæ Conjugationis formant *-ivi -itum*.
Ut audio, ſcio, ſopio, veſtio, unio, ſervio, ſuperbio, ſtabilio, impedio, punio, garrio, &c.
Excipe amicio amixi & amicui amictum,
Cambio campſi campſum.
Haurio, farcio, ſarcio, fulcio, ſepio, *-ſi -tum*.
Raucio, ſentio *ſi ſum*. Sancio, vincio *-xi -ctum*.

Apud Authores quædam ex his ſed minus uſitate habent *ivi*.

Aperio, operio *-perui -pertum*; comperio, reperio *-peri pertum*.

Salio ſalui ſaltum, comp. Silui & filii, fultum, *to leap*.

Salio ſalivi ſalitum, *to ſeaſon with ſalt*.

Sepelio, ſingultio *-ivi -ultum*; venio veni ventum.

Præterito adeoque Supino carent deſiderativa, præter *parturio, eſurio, nupturio*, quæ perinde ac *cæcutio, geſtio, ineptio*, habent *ivi*.

Ferio caret præterito, at *ferii* eſt apud nonnullos.

Deponentia. Largior, mentior, molior, potior, ſortior, *-itus ſum*.

Aſſentior aſſenſus, experior expertus.

Opperior oppertus, metior menſus.

Ordior orſus, orior ortus.

Tametſi apud Poetas *oreris, oritur, orimur*; *potitur, poterer*.

De Verbis Compoſitis.

COmpoſita plerunque formant præteritum & Supinum ut ſimplicia.

At Syllaba duplicata in præterito Verbi ſimplicis, non duplicatur in compoſitis; ut *cado cecidi caſum, occido occidi occaſum, recido recidi recaſum*; cætera ejus compoſita carent Supino; *cædo cecidi cæſum, occido occidi occiſum*.

Exc. Compoſita *a diſco poſco*; Item de-ex-præ-procurro habent *curri* vel *cucurri*.

A *in* e mutant compoſita a { Spargo, carpo, ſacro, tracto, ſcando, gradiorque, *&c.*

A *in* i mutant compoſita { Ex habeo, facio, ſalio, ſtatuo, cado, tango.
Et capio, rapio, ſapio, jacio, cano, pango, *&c.*

A *in* u mutant compoſita a } Calco, ſalto.
Æ *in* i mutant compoſita a } Cædo, lædo, quæro.
E *in* i mutant compoſita ab } Emo, premo, rego, teneo.
Compoſita à claudo, quatio, lavo, rejiciunt a.

Applaudo, complaudo, explaudo, vel etiam applodo, complodo, explodo; diſplodo tantum eſt.

Finge compoſita quorum ſimplicia exoleverunt, eſſe ſimplicia; & ſic ex prædictis eorum præterita & Supina cognoſcere licet, qualia *accendo, defendo, affligo, &c.* Et *exuo, induo, imbuo,* à Græcis ἐκδύω, ἐνδύω, ἐμβύω.

Contractio frequenter fit in præteritis, præſertim in Verbis quartæ Conjugationis & fere ſemper in compoſitis ab eo: ut *abii, abieram, prodii, prodieram, &c.*

In compoſitione interdum utraque vox manet, ut *ab-eo, ad-eo, tranſ-eo,* &c.

Interdum litera additur, ut *red-do, red-eo, prod-eo, red-imo,* &c.

Interdum litera aufertur, ut *coeo,* ex con & eo, *cogo* ex con & ago, *&c.*

Interdum litera mutatur, atque vulgo ob gratiorem ſonum ultima litera præpoſitionis mutatur in primam literam Verbi, ut *ac-cipio* ex ad & capio; *ar-ripio* ex ad & rapio, *&c.*

Verba Impersonalia & Defectiva.

A VERB Impersonal is used only in the third Person with the sign *it* in *English.*

Decet decebat decuit decuerat decebit deceat deceret decore decuiſſe.

Pugnatur pugnabatur pugnatum eſt vel fuit, *&c.*

Libet libebat libuit vel libitum eſt vel fuit, *&c.* *Likewiſe* licet, piget, pudet.

Tædet tædebat tæduit vel pertæſum eſt.

Miſeret miſerebat miſertum eſt. Liquet *hath no Perfect Tenſes.*

Aio ais ait aiunt, aias aiet aiatis aiant.

Aiebam as at amus atis ant.

Inquam inquis inquit inquimus inquitis inquiunt.

Inquiebat inquiebant, inquies inquiet, inque inquito.

Auſim is it int. Faxim is it int.

Forem es et emus etis ent. Fore i. Futurum eſſe.

Cedo cedite i. Dic dicite vel da date.

Quæſo quæſumus.

Salve eto, ete, etote, ebis, ere. Similiter ave.

Cæpi, novi, odi, memini, habent ſolum tempora perfecta ſed tamen ſignificationem præſentis & perfecti.

Cæpi novi odi } erim eram iſſem ero iſſe.

Memini } & memento mementote.

Dor, der, for, in uſu non ſunt in ſimplicibus.

Pro dice,duce,face,fere, jam dicimus dic duc fac fer, at compoſita à facio quæ mutant *a* in *i*, retinent *e* ut effice refice, &c.

Sci, fi, ſolebo, ne dixeris.

Edo to eat, mutatur ſequentia à *ſum*: Es eſt eſtis, eſto eſte eſtote, eſſem eſſes eſſet, eſſemus eſſetis eſſent eſſe.

Sodes, ſultis, capſis, apud Comicos pro ſi audes, ſi vultis, cape ſi vis.

Deſit, inſit, ovat, explicit pro explicitum eſt.

De Verbis Derivativis.

VErbum *Inceptivum* derivatur à ſecunda perſona præſentis Indicativi.

Ut *caleſ-co* I grow warm. 3 *Conj.*

Frequen-

Frequentativum à Supino, ut à dictu *dictito*; à dictatu *dictitavi*; 1 *Conj.* to ſpeak often.

Deſiderativum à Supino, ut à dictu *dicturio*, I deſire to ſpeak; 4 *Conj.*

Denominativum quod à nomine venit, ut *græciſſo*, *græcor* à Græcus; *vulpinor*, *lignor*, *aquor*, *frumentor*, *ruſticor*, à *vulpes*, *lignum*, *frumentum*, *aqua*, *ruſticus*.

Diminutivum, ut *cantillo*, *ſorbillo*, *pitiſſo*. 1. Parum canto, ſorbeo, poto.

Verbum Subſtantivum notat ſolum ſubſtantiam eſſe, vel eſſe deſinere, ut ſum, morior, intereo.

Activum ſignificat agere, ut amo, ſequor, verbero, facio.

Paſſivum ſignificat pati ut amor, vapulo, verberor, fio.

Activa ſunt triplicia, Quædam paſſivam formam in omnibus perſonis admittunt, & ad omnes accuſativos ſignificationem transferunt, unde & Tranſitiva *vocantur, ut* amo, lego, apdio, *&c.*

Quædam paſſivam formam non admittunt niſi in tertia perſona ſingulari, & junguntur uni tantum accuſativo cognatæ ſignificationis, quæ ideo vocantur Intranſitiva *& à pleriſque imperite* Neutra *i. e. nec activa nec paſſiva: nam apud illos nec pugno, nec curro activa ſunt, etſi vehementem notent actionem; imo nec* patior *paſſivum eſt ſed deponens: at qua ratione deponens dici poſſit, cum ſignificationem activam nunquam habuerit, adeoque nec deponere eam potuerit? Hæc Verba vocantur rectius* abſoluta, *quia cum dicis Petrus ſedet, dormit, currit,* &c. *ſine ullo accuſativo appoſito ſenſum abſolviſti, ita ut nihil deſiderari videatur; at cum dicis Petrus amat, audit, facit,* &c. *Imperfectum ſenſum reliquiſti, nam accuſativus quem appoſiturus es, incertus eſt. In verbis tamen abſolutis (ſi Criticos audias) ſemper intelligitur accuſativus cognatæ ſignificationis quomodo Plautus* perge pergere. *Ter.* Domum ire pergam. *Cic.* Itaque confeſtim ad eum ire perreximus. *Virg.* Obſervans quæ ſigna ferant quo tendere pergant, *atque paſſim apud*

Homerum βη δεναι *abiit abire*, ἐφη φαναι *dixit dicere*; *quemadmodum apud Hebræos* Venire veniet & non tardabitur, ambulat ambulare, morieris mori, *&c. Imo in transitivis sæpe intelligitur accusativus, ut* ingeminat clamor, nox præcipitat, venti posuere, tempestas sedavit, mores populi Romani mutarunt, olim volventibus annis, *supple* se. *quare si ulla sint Verba Neutra, ea erunt substantiva, quia iis exceptis, omnia verba vel actionem vel passionem denotant, & nullum datur medium.*

Quædam variis accusativis junguntur, at non habent formam activam sed passivam, quia autem formam activam quam olim habebant, & significationem passivam deposuerunt ideo vocantur deponentia.

Multa fuerunt Antiquis Verba in or *quæ activè & passivè significabant, unde* Communia *dicta sunt; at jam in passiva significatione non tuto usurpantur; quia pene prorsus exolevit: cum enim in usu essent Verba communia, nulla erant Deponentia, nunc autem quia sunt Deponentia, nulla sunt communia, tametsi eorum aliqua supersint vestigia, cum apud Priscos, tum Classicos, præsertim in Participiis quibusdam. Imo & apud Veteres Authores, multa verba activa, absolutè accipiuntur, & è contra multa absoluta activè sumuntur, imo quædam passiva activè sumuntur, de quibus consule Silvulas Grammaticæ* Oxoniensis, *post explicatas* Lilianas *regulas de præteritis & Supinis Verborum.*

SYNTAXIS.

SYNTAXIS.

APud Latinos varii ſunt modi loquendi, qui à nativa & primigenia locutione recedunt; Lingua autem Latina, brevitatis & elegantiæ causâ eſt Ellipſium plena, atque in hac vocum ſuppreſſione ac compendio, bona pars ejus puritatis conſiſtit: Itaque maximam Syntaxis partem pervadit Ellipſis, quæ omnium figurarum non modo eſt longè nobiliſſima, ſed & omnium inſtar obtinet, (ſiquidem omnes figuræ conſtructionis ad eam reduci poſſunt) & quæ Linguæ Romanæ, theſauros continet, imo ſine qua Linguæ Latinæ ratio conſtare non poſſet, quippe illâ tanquam ſolidiſſimo fundamento innititur. Nos igitur ex noſtra Syntaxi omnes præter Ellipſin figuras eliminandas curavimus. Etiamſi naturalis ille ſermo ſit ubi quæ deſunt ſupplentur, Cave tamen putes, nobis ſic ſemper loqui licere; Ubi enim à nativa locutione conſuetudo reſiliit, non primævo ſermoni inſiſtendum, ſed recepto: Hic tamen non de ſermonis conſuetudine duntaxat agimus, Verumetiam Sermonis cauſas, & prima ejus principia (quantum per inſtitutam brevitatem licuerit) enucleare contendimus.

Eſt tamen quod hîc Ludimagiſtros obnixè & totâ cogitatione commonefactrem, nimirum utiliſſimum fore, ubi Diſcipulus integram Syntaxin didicerit, ſi præceptores aliquot argumenta Anglica Tyronibus componant, quæ omnes regulas Syntaxeos comprehendant; poſſunt deinceps & Diſcipuli provectiores nova argumenta iis ſimilia creberrimè componere. Poſtquam autem aſſueverint hujuſmodi argumentis, quæ univerſam Syntaxin exhauriant, brevi ſane tempore claram & diſtinctam Syntaxeos

Ideam

Ideam habebunt, atque poſteà poteſt Præceptor præſcribere iis exercitia, ex libro illo qui hodie in omnibus paſſim Scholis teritur, Anglicè The Heathen Gods, *vel exalio quovis libro Anglico, prout ipſi libuerit. Nullus dubito, quin (ſi hâc viâ inſiſtant) futurum ſit, ut poſtea magnis paſſibus, expedito itinere, & fructuoſo in ſtudiis profectu moveant promoveantque.*

Regulas omnes Syntaxis Vernaculo ſermone enucleavi atque accommodavi, habito inſuper quoad fieri potuit reſpectu, ad Linguæ Anglicanæ particulas, de induſtria ſane ut Tyrones Syntaxin facilius ac clarius intelligerent; nam ut recte Cato, Legere, & non intelligere, eſt negligere, *i. e. non legere. Incredibile pene eſt, quanta facilitate quarundam particularum ope, poſſint Pueri Syntaxin Latinam ex Anglico ſermone intelligere, & perdiſcere. Exempla autem regularum, & conſtructionem Ellipticam, in pagina adverſa paſſim appoſui; Præceptoris autem intereſt, nova ſubinde exempla Diſcipulis in quotidianis prælectionibus, exercitiis, & thematis proponere. Itaque hoc pacto Diſcipuli ſolas regulas memoriter callere tenentur.*

Concordantia Regularis.

(*a*) THE Adjective agrees with the Subſtantive in Gender, Number, and Caſe.

(*b*) But an Adjective between two Subſtantives may agree with either of them.

(*c*) The Nominative agrees with the Verb in Number and Perſon.

(*d*) But a Verb between two Nominatives, of a diverſe Number, may agree with either.

Concordantia Figurata.

(*e*) Two Subſtantives ſignifying the ſame thing, are put in the ſame Caſe.

(*f*) Two or more Subſtantives Singular will have an Adjective or Verb Plural. (*g*) But

(a) *Bonus puer, bona indoles, bonum ingenium.*

(b) *Non omnis error ſtultitia dicenda vel dicendus: animal quem vocamus hominem.*

(c) *Ego ſcribo, nos ſcribimus, tu ſcribis, vos ſcribitis, ille ſcribit, illi ſcribunt.*

(d) *Nihil hic niſi carmina deſunt vel deeſt: Omnia pontus erat vel erant.*

(e) Gulielmus *Rex*, Gulielmi *Regis*, Gulielmo *Regi*, Gulielmum *Regem.*

(f) *Rex & Regina ſunt beati; Pater & Mater ſunt irati.*

(g) *Cala-*

(*g*) But then the Adjective agrees with the Subſtantive Maſculine rather than Feminine, and with the Feminine rather than the Neuter; yet in things without life, the Adjective is beſt in the Neuter, and may agree with *negotia* underſtood.

(*h*) Likewiſe the Verb agrees with the Nominative of the firſt Perſon rather than the ſecond, and with the ſecond rather than the third.

(*i*) A Noun of the Singulat Number, ſignifying more than one, may have a Verb Singular or Plural.

(*k*) The Queſtion and Anſwer are put in the ſame Caſe.

(*l*) The Adjective *qui quæ quod*, agrees with a Subſtantive going before it in Gender and Number, and takes it Caſe from the Noun, or Verb following, or a Prepoſition before it.

(*m*) The Impersonal Tenſes will have the Accuſative before them, leaving out *quod* or *ut*.

The ſame Caſe that comes before *eſſe*. *videri*, *fieri*, *haberi*, may alſo follow.

(*n*) A Noun Subſtantive or Adjective is put in the Nominative Caſe after *Sum*, *forem*, *fio*, *vocor*, *dicor*, or any other Verb, becauſe that Nominative agrees with the Nominative before the Verb.

Regimen Nominum.

(*a*) ILLE, *ipſe*, *hic*, *is*, *qui*, *alter*, *uter*, *ambo*, *duo*, when they ſtand for a Subſtantive underſtood, will be put in the Genitive Caſe if another Subſtantive is before them.

(*b*) An Adjective in the Neuter Gender may have a Genitive after it.

(*c*) Of

(g) *Calamus, charta, & atramentum ſunt neceſſaria, ſupple* negotia.

(h) *Ego & tu ſtudemus*; [*ſupple* vos duo] *tu & ille ſtudetis*; [*ſup.* vos duo] *Remus cum fratre Quirino jura dabant* [*ſup.* illi duo.]

(i) *Turba ruit vel ruunt*; *uterque deluditur vel deludun-tur.*

(k) *Cui pares? Regi*; [*ſ.* pareo] *Quem librum legis? Eraſmum* [*ſ.* lego.] This is a needleſs Rule, if you'l obſerve, that the Anſwer is always put in the Caſe which the Verb underſtood doth govern; as *quanti emiſti librum? Solido* ſup. *emi ſolido.*

(l) *Gulielmus qui imperat, cujus eſt imperium* [*ſ.* Gulielmi,] *cui paremus,* [*ſ.* Gulielmo] *quem honoramus,* [*ſ.* Gulielmum] *à quo pendet ſalus Reipublicæ,* [*ſ.* Gulielmo.] 'Tis not to be expected that Boys ſhall fully underſtand how to give this Adjective its right Caſe, till they have learned what Caſes Nouns and Verbs do govern, that is, all the *Syntaxis.*

(m) *Gaudeo te valere, ornatè: gaudeo quod tu vales, vel ut valeas, minùs ornatè. Cupio eſſe divitem,* [*ſ.* me] *Latine dicitur, cupio eſſe dives more Græco*; non licet nobis eſſe tam diſertis *more Græco dicitur minime vero more Romano, nam Latina Syntaxis eſt, diſertos eſſe non licet nobis, diſertis eſſe non licet nobis eſt Græca Syntaxis, ſic* χρῶμαι βιβλίοις οἷς ἔχω, *utor libris quibus habeo*; *ſic* Joan. 4.14. ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω, *quicunque biberit ex aqua qua ego da-bo*, &c.

(n) *Deus eſt Juſtus, pater eſt iratus, mater eſt irata, ho-mo incedit erectus, tu dormis ſupinus, tu ſoles venire primus.*

(a) *Cujus liber? Liber illius, ejus, hujus, alterius,* [*ſ.* pueri, hominis.]

(b) *Multum laboris*; [*ſ.* negotium] *quantum pecuniæ*; [*ſ.* negotium] *tantum fidei*; [*ſ.* negotium. *Sic, Veteres dicebant res voluptatis, pro* voluptas; *res cibi, pro* cibus; *res bellica, res militaris, pro* bellum, militia: *ſic etiam Angli,* a little money, a little matter of money, a little parcel of money will ſerve turn.

(c) The

(*c*) *Of* or *'s*, after a Subſtantive, denotes the Genitive Caſe.

(*d*) *Of*, before words of praiſe or diſpraiſe, denotes a Genitive or Ablative.

(*e*) *Of*, after all Adjectives almoſt, notes a Genitive; but after Superlatives and Partitives it may alſo be made by *de*, *e*, *ex*, *inter*.

Of or *by*, after Adjectives in *bilis*, notes a Dative; as *flebilis omnibus*.

Of, ſignifying the matter whereof any thing is made, is latined by *de*, *e*, *ex*; or elſe the Noun of matter is made an Adjective; as *poculum ex auro*, or *poculum aureum*, but not *poculum auri*. Ovid. Tamen *Argenti biſores valvæ*.

(*b*) *Of* or *with* after an Adjective of plenty or want, notes the Genitive or Ablative; but *compos*, *impos*, *inops*, *indigus*, will rather require the Genitive.

(*i*) *Than*, after the Comparative Degree, notes an Ablative without *quam*.

(*k*) *To*, after *natus*, *propenſus*, *tardus*, *promptus*, *pronus*, *præceps*, *proclivis*, is made by *ad*.

(*l*) *To*, or *for*, after *vehemens*, *aptus*, *utilis*, *habilis*, *idoneus*, note the Dative or the Accuſative with *ad*.

(*m*) *Altus*, *craſſus*, *denſus*, *latus*, *longus*, *profundus*, govern the Meaſure or Dimenſion of a thing in the Accuſative or Ablative, and but ſeldom in the Genitive.

(*n*) *Opus*, *uſus*, *dignus*, *indignus*, *captus*, *fretus*, *contentus*, *præditus*, *extorris*, require an Ablative.

(*o*) After *meus*, *tuus*, *ſuus*, *noſter*, *veſter*, the Genitives of their Primitives *mei*, *tui*, *ſui*, *noſtri*, *veſtri*, are underſtood, and yet Adjectives agreeing with them are expreſt.

Regimen

(c) The King of England, *Rex Angliæ.* The King's Father, *Pater Regis.*

(d) *Puer probæ indolis vel proba indole,* [*ſ.* cum] *ingenui vultûs vel ingenuo vultu,* [*ſ.* cum.]

(e) *Peritus belli;* [*ſ.* in re, cauſa, gratia,] *ſtudioſus pacis, amans patriæ,* amans *hic eſt idem, quod amator.*

Humaniſſimus regum, [*ſ.* ex numero] *vel ex regibus, vel inter reges.* Partitive Nouns ſignifie part of many, or many by parts; as *alius, alter, aliquis, nemo, nullus, omnis, multi, pauci, quiſque, unus, duo, tres,* &c. *primus, ſecundus,* &c. and all Superlatives. *Leo fortiſſimus animalium* [*ſ.* ex numero] *vel leo fortiſſimum animalium* [*ſ.* animal ex numero.] *Sic Indus fluminum maximus, vel Indus fluminum maximum; ſed prior modus ubi adjectivum concordat cum ſubſtantivo de quo eſt ſermo, eſt uſitatior eo, ubi adjectivum concordat cum ſubſtantivo ſuppreſſo.*

(h) *Adjectiva copiæ,* abundans, dives, fœcundus, plenus, ſatur; *ſed* diſtentus, gravidus, refertus, *fere ſemper cum ablativo.*

Adject. inopiæ. Egens, expers, inops, vacuus.

Plenus vini, [*ſ.* cauſa ratione re liquore] *vel vino;* [*ſ.* de] *expers fraudis,* [*ſ.* a re] *vel fraude* [*ſ.* a] *dives agrorum* [*ſ.* ratione, in re] *v. agris,* [*ſ.* ab.]

(i) *Doctior illo,* [*ſ.* præ] *vel doctior quam ille; calceus major pede,* [*ſ.* quam pro pede.]

(k) *Natus ad gloriam, tardus ad iram, pronus ad vitia v. in vitia.*

(l) *Utilis nulli rei, v. utilis ad nullam rem; aptus armis v. aptus ad arma.*

(m) *Liber craſſus duos digitos* [*ſ.* ad] *vel duobus digitis,* [*ſ.* a, ab, in,] *vel duorum digitorum,* [*ſ.* ad menſuram v. craſſitiem.]

(n) *Opus eſt mihi libro* [*ſ.* in] *dignus laude* [*ſ.* de] *præditus virtute,* [*ſ.* cum.]

(o) *Meum* [*ſ.* mei] *ſolius peccatum corrigi non poteſt; ex tuo* [*ſ.* tui] *ipſius animo conjecturam feceris noſtri;* [*ſ.* noſtri] *duorum eventus; noſtros vidiſtis* [*ſ.* mei] *ſtantis ocellos.*

(o) *Meum*

Regimen Verborum.

(*p*) *Of* after Verbs ſignifying *by* or *from*, is made by *a*, *ab*, *de*, *e*, *ex*; after *mereor* only by *de*.

(*q*) Sometimes Paſſive Verbs and Participles have a Dative after them; but commonly the Participle in *dus* hath a Dative after it.

(*r*) *Of*, or *With*, after Verbs of abounding or want, filling or emptying, notes commonly the Ablative, and ſeldom the Genitive.

(*ſ*) *Of* after Verbs of accuſing, condemning, or acquitting, notes the Crime in the Genitive or Ablative. and the Perſon in the Accuſative: But if an Adjective follows, as *alter*, *uter*, *neuter*, *ambo*, *duo*, *multus*, *plurimus*, &c. they require the Ablative with the Prepoſition *de*, rather than without *de*.

(*a*) *Moneo*, *commonefacio*, *ad-com-præ-moneo*, govern the Accuſative of the Perſon, and the thing in the Genitive, or Ablative with *de*.

(*b*) They alſo govern the Accuſative of the thing, but then it is only theſe Accuſatives, *id*, *illud*, *iſtud*, *quod*, *quid*, *aliquid*, *nihil*, *multa*, *pauca*, *unum*, *duo*, *tria*.

(*d*) *With*, after *indignor*, *iraſcor*, *ſuccenſeo*, notes the Dative.

(*e*) *To* or *for*, (ſignifying to the uſe, benefit, or damage of another) notes the Dative.

Many Verbs belonging to this Rule want the ſigns *to* or *for* after them; as

Blandior, auxilior, famulor, caveo, faveoque,
Annuo, & ancillor, credo, fido, gratulorque,
Impero, & ignoſco, parco, pareo, placeoque,
Suadeo, velificor, ſic ſervio, obedio, palpor,

Item

(p) *Audivi ex te; accepi a te; cave ab illo*, beware of him; *laudatur ab omnibus.* Erasmus *de lingua Latina optime meruit.*

(q) *Nec cernitur ulli; diligendus mihi, & a me; memorandus mihi.*

(r) *Abundat divitiis* [*ſ.* in, a, cum] *caret libro* [*ſ.* a] *vacat culpa* [*ſ.* a] *eget nummis* [*ſ.* a] *impletur vino* [*ſ.* copia, re, liquore;] *careo tui* [*ſ.* præſentia.]

(ſ) *Accuſo te mendacii* [*ſ.* de crimine] *vel mendacio* [*ſ.* de] *purgo te furti* [*ſ.* de crimine] *vel furto* [*ſ.* de.] *De neutro accuſat me, de plurimis accuſat illum.*

(a) *Moneo te officii* [*ſ.* ratione] *vel de officio.*

(b) *Hoc te moneo;* [*ſ.* quod ad] *illud te commoneſacio* [*ſ.* quod ad] *multa me admonuit* [*ſ.* quod ad.]

(d) *Indignatur, iraſcitur, ſuccenſet mihi.*

(e) *Moleſtus nemini; nulli virtute ſecundus; baculum eſt ſulcrum ſeni; Juſtitia eſt obtemperatio legi; Non omnibus dormio; ſi quid peccat mihi peccat; ſi quid peccatur, mihi peccatur; mihi iſthic nec ſeritur, nec metitur; vivit inutiliter ſibi.*

Sanctius *affirmat hunc dativum acquiſitionis, à nulla voce regi; ſed ei ex ſua natura adjungi.*

Item morigeror, lenocinor, opitulor:
Derogo, convitior, minor, invideo, infidiorque,
Detraho, & adverſor, quibus adde repugno, reſiſto:
Item refragor, reluctor, renitor.
But Juvo, lædo, offendo, *govern the Genitive.*

(*f*) *To*, after the Verb *Sum*, is made by the Participle in *rus*.

(*g*) *To be*, after *Sum*, is made by the Participle in *dus*.

(*h*) *To*, after *attinet*, *pertinet*, *ſpectat*, *addo*, *invito*, *voco*, *provoco*, *laceſſo*; likewiſe after words of motion, as *ambulo ambulans*, *curro currens*, *accedo*, *eo*, *venio*, &c. if a Subſtantive follows, is made by *ad*.

(*i*) *Eſt*, pro *pertinere* to pertain, requires the Genitive.

(*k*) *Eſt*, pro *habere* to have, requires a Dative. Likewiſe *ſuppetit*.

(*l*) *Eſt* pro *afferre* to bring, requires two Datives, the firſt of the perſon, the ſecond of the thing. Alſo *do*, *dono*, *duco*, *habeo*, *reputo*, *tribuo*, *verto*, &c.

(*m*) The Compounds of *Sum*, and Verbs compounded with *ſatis*, *bene*, *male*, require a Dative.

(*n*) Many Verbs compounded with *ad*, *ante*, *con*, *in*, *inter*, *ob*, *poſt*, *præ*, *ſub*, *ſuper*, require a Dative; yet *admiror*, *alloquor*, *invado*, *prævenio*, require an Accuſative.

(*o*) Verbs of an Active ſignification govern an Accuſative anſwering to the Queſtion *whom?* or *what?*

(*p*) Abſolute Verbs govern only one Accuſative of a near ſignification, eſpecially when an Adjective is joyned to it: Or you may turn the Accuſative into an Ablative, as *curro curſum*; *vivo vitam*; *vivo vitam hilarem*; or *vivo vita hilari*.

(*q*) *Oro*,

(f) *Ego ſum ſcripturus. Ego ſum iturus* Londinum.

(g) *Deus eſt colendus. Pater eſt expectandus.*

(h) *Hic liber attinet, pertinet, ſpectat ad me. Vocat me ad cœnam; currit ad Scholam.*

(i) *Pecus eſt Melibœi;* [*ſ.* pecus, v. res] *liber eſt præceptoris;* [*ſ.* liber] *eſt omnium benefacere* [*ſ.* officium.]

(k) *Eſt mihi liber; ſuppetit mihi liber; ſunt nobis mitia poma.*

(l) *Eſt mihi curæ, præſidio; quod aliis vitio vertis id tibi ne laudi duxeris.*

Habeo eum odio, 1. *Habeo eum mihi odio; v. in, pro, odio. Habeberis ludibrio ſ.* nobis, illis.

(m) *Mihi nec obeſt nec prodeſt; ſatisfacio benefacio tibi; deeſt mihi liber.*

(n) *Antepono famam pecuniæ; antecellit omnibus, Subolet uxori quod ego machinor.*

(o) *Time Deum; honora Regem; venerare parentes; loquere pauca.*

(p) *Hic accuſativus rariſſime apponitur niſi addatur adjectivum, ut bonum certamen certavi; eo rectam viam vel rectâ viâ; duram ſervit ſervitutem vel dura ſervitute; obiit mortem repentinam, vel morte repentina.*

(*q*) *Oro, rogo, obſecro, percontor, peto, poſtulo, poſco,* govern two Accuſatives, one of the perſon, the other of the thing: or rather the thing in the Accuſative, and the perſon in the Ablative, with *a* or *ab*, *rogo te veniam*, or *rogo a te veniam.*

(*a*) *Celo, doceo, dedoceo,* govern both the perſon and thing in the Accuſative.

(*b*) Verbs of giving, declaring, and comparing, govern the Accuſative of the thing, and the Dative of the perſon, as, *da mihi librum*; *tribuit ſuum cuique*; *antepono famam pecuniæ.*

(*c*) *Memini, recordor, reminiſcor, obliviſcor,* require the Genitive or Accuſative.

(*d*) *Satago* requires the Genitive. *Miſereor, miſereſco,* the Genitive, and ſometimes the Dative; *potior,* the Genitive or Ablative.

(*e*) *For,* and *by,* before the cauſe *why?* or manner *how?* notes an Ablative.

(*f*) *With,* ſignifying *wherewith* a thing is done, notes the Ablative without *cum.*

But if it ſignifie *together with,* it is made by *cum,* as *ibo cum fratre, & tecum.*

With, is made by *de* after *do* or *did*; *nec ſcio quid de me faciam.*

(*g*) *On,* or *upon,* before *Muſical Inſtruments, Condition, Terms,* notes an Ablative.

(*h*) *On,* or *upon,* after *to depend, to beget,* is made by *a, ab, de, ex.*

(*i*) *Utor, abutor, fruor, fungor, veſcor,* require an Ablat. Likewiſe *dignor, niſus, ſuperſedeo, viſito.*

(*k*) When

(q) The Accuſative of the thing in theſe Verbs is rather governed of ſome Prepoſition which anſwers to the *Greek* κατὰ, as *ſecundum, quod ad, in, circa*, and ſo always when an Accuſative follows a Verb Paſſive, or a Noun Adjective. *Rogo te veniam* [ſ. quod ad veniam.] *Cætera lætus* [ſ. quod ad.]

(a) *Celavit me librum* [ſ. quod ad;] *doce me lectionem* [ſ. quod ad;] *dedocebo te iſtos mores*, [ſ. quod ad.]

(b) *Verba dandi*; adhibeo, debeo, commodo, mutuo, largior, præbeo, ſolvo, ſpondeo, trado, *&c.*

Narrandi; apperio, declaro, explico, nego, recenſeo, recito, ſuggero, *&c.*

Comparandi; accommodo, æquo, antefero, aſſimilo, præfero, poſtpono, poſthabeo, *&c.*

(c) *Recordor beneficii*, [ſ. memoriam] *vel beneficium*; *obliviſcor lectionis*, [ſ. memoriam] *vel obliviſcor lectionem.*

(d) *Satagit rerum ſuarum*; [ſ. cauſa] *miſeror tui*; [ſ. cauſa] *potior regni* [ſ. poteſtatem] *vel potior regno* [ſ. poteſtatem in.]

(e) *Tacto pudore*; [ſ. præ] *pallet metu*; *præ metu, ob vel propter metum.*

(f) *Scribo calamo* [ſ. cum.] *In ablativo inſtrumenti brevitatis gratia ſemper ſere omittitur* cum; *at à præpoſitione* cum *intellecta regitur ille ablativus, quod inde liquet, quia omnes linguæ vulgares eam exprimunt.* Ciceronis etiam eſt *Orat.* 1. in Catil. *Deſinant obſidere cum gladiis curiam.* Saluſt. *de bello* Catil. *Uti grege facto cum illis ad ſeſe evumperent.*

Ovid. Met. l. 11. Terrificam capitis concuſſit terque quaterque,
Cæſariem, cum qua terram, mare, ſidera movit.

(g) *Scit lyra & fidibus modulari*; [ſ. cum] *promiſit hac lege & conditione, hoc pacto* [ſ. ſub.]

(h) *Hoc dependet à te vel in te*; *genuit tres filios ex ea.*

(i) *Utor libris* [ſ. uſum e] *fruor ſtudiis* [ſ. fructum e;] *fungor officio* [ſ. functionem in;] *veſcor carnibus* [ſ. aliquid e;] *olim enim accuſ. regebant. Viſitat pauc* [ſ. de] *dignor honore* [ſ. de;] *ſuperſedeo exemplis* [ſ. ab;] *vitor viribus* [ſ. in.]

(*k*) When two Verbs come together, the latter ſhall be of the Impersonal Tenſe; *non poſſum facere; malo legere, quam ludere.*

(*l*) The *price*, *coſt*, or *value* of a thing, is put in the Ablative.

Except theſe Genitives, *pluris, minoris, tanti, quanti*, being put alone without any Subſtantive; alſo *Valeo* governs an Accuſative.

(*m*) *Æſtimo* may take after it theſe Ablatives, *magno, permagno, parvo, nihilo.*

Æſtimo, and other Verbs of eſteeming, as *curo, duco, facio, pendo, reputo*, govern ſuch-like Genitives, *tanti, quanti, tantidem, quanticunque, magni, majoris, maximi, pluris, minoris, minimi, nihili, flocci, feſtucæ, hujus.*

(*n*) The Ablative Caſe put abſolute, is made thus; Leave out *cum, ubi, dum, poſtquam*, coming before a Verb which hath either a Nominative Caſe before, or an Accuſative after it; next, turn the Nominative or Accuſative into an Ablative; and then turn the Verb into a Participle agreeing therewith; as *dum* Auguſtus *imperaret*, or more elegantly *Auguſto imperante: cum legiſſet literas*, or *lectis literis.*

Having and *being* are often the ſigns of this Ablative.

De nominibus Verbalibus, viz. Participiis, Gerundiis, & Supinis.

(*a*) PArticiples, Gerunds, and Supines, govern the ſame Caſe that their Verbs govern.

(*b*) *Exoſus, peroſus*, when they ſignifie *hating*, govern the Accuſative; when they ſignifie *hated by*, or *hateful to*, the Dative. *Pertæſus* requires the Genitive or Accuſative.

(*c*) *To*,

(k) *Tempus Impersonale supplet vicem omnium casuum, ut* scire tuum 1. *scientia tua*; *cupidus* discere 1. *discendi*; *ætas apta* regi, 1. *regimini*; *disce* sapere 1. *sapientiam*; *O* vivere *nostrum*; *dignus* amari 1. *amore*.

(l) *Emi librum solido* [*s.* pro] *quanti valet liber?* [*s.* æris pretium] *valet solidum & pluris* [*s.* æris pretium] *quanto pretio emisti librum? solido* [*s.* pro] *& pluris* [*s.* æris pretio.]

(m) *Magno te æstimo* [*s.* pro pretio;] *magni te æstimo* [*s.* rem pretii, *vel* pro magni æris pretio] *pluris* [*s.* fidei, pretii] *est oculatus testis unus quam auriti decem. In* æqui boni consulo *deest substantivum regens, & quod regitur. Sic suppleto*, consulo esse officium vel factum æqui & boni hominis.

(n) *Si hic ablativus sit participium præteriti temporis intelligitur* a, *vel* ab, *eâ significatione qua significat* post, *quomodo dicimus* à prandio *pro post prandium*; *lectis literis* [*s.* a] *hoste superato* [*s.* ab:] *Sin hic ablativus sit participium præsentis vel nomen eandem vim habens, intelligitur* sub; *Rege Alexandro* [*s.* sub] *vel Regnante Alexandro* [*s.* sub,] *Imperatore v. Imperante* Augusto *natus est Christus* [*s.* sub] *Imperante* Tiberio *crucifixus*; *Nil desperandum Christo duce* [*s.* sub.] *Aliquando intelligitur* cum *ut Deo juvante* [*s.* cum.] *Male igitur hic ablativus dicitur absolutus, cum semper à præpositione regatur.*

(a) Repetens -endi -endo -endum, repetitum -urus *lectionem, qui dicimus repeto lectionem.*

(b) *Exosus & perosus segnitiem.* Germani Romanis *perosi vel exosi sunt.*

Pertæsus [*s.* causâ] *ignaviæ suæ v. ignaviam.*

(c) To, after Substantives or Adjectives, when it may be turned into *of*, is made by the Gerund in *di*.

(d) Gerunds in *do*, are governed of *a, ab, de, e, ex, in*.

(e) *By*, before the Participle in *-ing*, is made by the Gerund in *do*, with *ex*, or without *ex*.

(f) Gerunds in *dum* are governed of *ad, inter*, &c.

(g) Gerunds are often turned into the Participle in *dus*, agreeing with the Substantive.

(h) To, after a Verb of motion, is commonly made by the Supine in *um*.

(i) *To be*, after an Adjective, by the Supine in *u*.

Hanc sententiam & sexcentas alias, sic variabis.

Video	*causâ videndæ*	*Regine*	*bene.*
	causâ videndi		*rarissimè.*
	causâ videndi	*Regitam*	*bene.*
	ad videndum		*minus ornatè.*
	ad videndam		*ornatè.*
	ut visam		*bene.*
	visurus		*bene.*
	visum		*vulgò.*
	videre		*pulchrè.*

Hanc & similes sic variabis.

Rex	*honorata.*
	honorari.
est	*honori.*
dignus	*qui honoretur.*
	quem honores.

Hanc & similes sic variabis.

Expectandus est mihi pater.

Debeo expectare patrem. *Convenit mihi expectare patrem.*

Oportet me expectare patrem. *Necesse est mihi expectare patrem.*

Oportet ut expectem patrem. *Necesse est ut expectem patrem.*

Oportet expectem patrem. *Necesse est expectem patrem.*

De

(c) *Tempus prandendi, cenandi, cupidus discendi.*
(d) *Negligens in scribendo; Ignavi à discendo cito deterrentur.*
(e) By writing you shall learn to write, *scribendo disces scribere v. ex scribendo.*
(f) *Ad scribendum, inter cenandum.*
(g) *Legenda libros, v. legendis libris doctus evades.*
(h) *Eo cubitum.*
(i) *Facile dictu, difficile factu.*

Gerundia, *vel potius Gerundiva nomina ideo dicuntur, quia de rebus gerendis agunt. Sunt autem substantiva singularia secundæ declinationis, & carent solum vocativo; In nominativo* scribendum est; *gen.* scribendi causâ; *dat.* non est solvendo, *sup. aptus*; *accus.* ad scribendum; *ablat.* in scribendo. Sanctius Scioppius & Vossius *dicunt Gerundia esse adjectiva singularis numeri, atque intelligi infinitivum positum pro substantivo, ut cum dicimus* scribendum est, *intelligitur* scribere. *Alii dicunt ea esse substantiva, quæ aliquando necessitatem connotant, & genitivum regunt ut alia substantiva, & quia verbalia sunt habebunt etiam post se casus suorum verborum, unde dicimus tempus nominandi ista, vel istorum; sed tempus nominandi istorum, idem valet quod tempus nominationis istorum. Unde* Terent. *de femina,* cupidus sum videndi tui *& non videndæ, quia videndi tui valet idem quod visionis tui.* Sanctius *tamen &* Vossius *dicunt, Tempus nominandi istorum, idem valere, quod tempus nominandi nominare istorum, vel nomina istorum.* Supina *ideo dicuntur, quia* Supine, *hoc est, negligenter agunt; nam quæ fieri possunt per Supina, Oratores sæpe ad alias voces transferunt. Supina sunt substantiva singularia quartæ declin. Nominat.* ventum est; *dat.* mirabile visu *per apocopen pro visui; accus.* amatum iri, eo spectatum *s. ad*; *ablat.* factu *f. in*; surgit cubitu *s. a. Supinum* in um *cum verbo* iri *potest resolvi per* ut, *& verbum finitum passivum,* postquam audierat non datum iri uxorem filio, *i. e.* fore ut uxor non daretur filio.

(k) *Refert*

De Verbis Impersonalibus.

(*k*) *Refert*, *interest*, require a Genitive; But for *It concerns me*, *thee*, *him*, *us*, *you*, *whose*, we say *refert v. interest meâ*, *tuâ*, *suâ*, *nostrâ*, *vestrâ*, *cujâ*.

(*l*) *Delectat*, *juvat*, *decet*, *oportet*, require the Accusative of the person with the Infinitive *To*.

(*m*) *Miseret*, *pœnitet*, *piget*, *pudet*, *tædet*, require the Genitive with the sign *of*, or *for*, and the Accusative of the person.

Pugnatur [*f.* pugna] a, me, te, illo, nobis, vobis, illis, 1. pugno, as, at; amus, atis, ant.

Pugnatum est, [*f.* pugnare] a, me, te, illo, nobis, vobis, illis, 1. pugnavi, isti, it; imus, istis, erunt, v. ere.

De Tempore & loco.

(*a*) A Noun of Time, answering to the Question *when?* is put in the Ablative.

(*b*) A Noun of Time, answering to the Question *how long?* is put in the Accusative, and sometimes in the Ablative.

(*c*) *In*, or *at*, before the name of a City or Town, notes a Genitive; unless the name of the City or Town be of the Third Declension, or Plural Number, for then it is put in the Ablative. Likewise for *at home*, we say *domi*; in the Country, *rure*; on the ground, *humi*; in the War, *belli*, *militiæ*.

Domi will scarce admit any other Adjectives with it, except *meæ*, *tuæ*, *suæ*, *nostræ*, *vestræ*, *alienæ*, and even these may take a Preposition; as *convaluit domi patris*, v. *in domo patris*, v. *in domo paterna*.

(*d*) *To*,

(k) *Refert præceptoris* [ſ. in re;] *intereſt diſcipuli: quid tuâ, malum! id refert* [ſ. in re?] *Alii ſic reſolvunt refert mea,* 1. *ad mea negotia; intereſt mea, eſt inter mea negotia. Dicimus etiam hoc intereſt v. refert ad laudem meam; parvo diſcrimine refert* [ſup. in.]

(l) *Delectat me ſtudere; non decet te mentiri; oportet te ſcribere.*

(m) *Nemo miſeret mei* [ſ. causâ;] *neminis* [ſ. causâ] *miſereri certum eſt, quia mei* [ſ. ſtatus] *miſeret neminem.*

Pœnitet me peccati [ſ. commiſſio negotium,] *vel pœnitet me peccaſſe; tædet me vitæ* [ſ. infortunium,] *v. tædet me vivere.*

Pudet me fratris [ſ. nequitia;] *piget me vitæ* [ſ. cura.]

Unde ſatis ſuperque conſtat, Nominativum præcedere verba Perſonalia, nempe hoc, illud, nihil, *&c. vel nominativus cognatæ ſignificationis, vel infinitivus loco nominativi: Imo & Perſonalia in plurali uſurpantur, ut* parvum parva decent; Non te hæc pudent?

(a) *Quando veniſti? heſternâ nocte horâ ſeptima* [ſ. in.]

(b) *Quamdiu vixit* Alexander? *vixit annos duos & triginta* [ſ. ad per] *regnavit annis duodecim* [ſ. ab in] *abhinc triennium* [ſ. ante] *commigravit huc mulier quædam,* Ter.

Eſt etiam ubi præpoſito omitti non debet ut, ſi ad centeſimum vixiſſet annum; In paucis diebus hoc factum eſt; vivere de die in diem, de nocte, de die; commodo in menſem, in horas; puer id ætatis [ſ. circa tempus] *Tertio* [ſ. indie] *vel ad tertium* [ſ. diem] *Calendarum, vel Calendas* [ſ. ante.]

(c) *Ubi eſt pater? Londini* [ſ. in urbe] *Croydoniæ* [ſ. in oppido] *Carthagine* [ſ. in] *Pariſiis* [ſ. in] *Athenis* [ſ. in] *domi* [ſ. in ædibus] *rure* [ſ. in] *humi ſ. in ſolo humi, belli ſ. in loco belli.*

Nominibus Urbium ſæpe additur præpoſitio. Auſim dejerare, inquit Sanctius, *neſcire me plurane teſtimonia cum præpoſitione legerim an ſecus: Inclinat tamen animus ut plura cum præpoſitione legerim.* Auguſtum *Cæſarem perſpicuitatis gratia præpoſitiones addere ſolere, autor eſt* Suetonius *in Aug. c.* 86. *Sic apud Græcos ſemper apponitur præpoſitio, ut paſſim in Novo Teſt.*

(d) Quo

(*d*) *To*, before the name of a City or Town, notes the Accusative.

Likewise, he went home, *ivit domum*; to the Country, *ivit rus*.

(*e*) *From*, before the name of a City or Town, notes the Ablative.

Likewise, from home, *domo*; from the Country, *rure*.

(*f*) He came by such a City or Town, is better made by *per*.

(*g*) Any other name of place will have a Preposition: nay, and names of Cities and Towns too, if you add an Adjective, or *urbs* and *oppidum* to them.

(*h*) The distance from place to place, is rendred in the Accusative or Ablative.

☞ *Non opus est, ut Discipuli sequentes sikoulas memoriter calleant, Verum non abs re erit eas intelligere & subinde legere.*

Silvula aliarum aliquot Particularum.

Of, for *concerning*, is made by *de*, or *super*, *Ne audiam plura de his*, *v. super his*.

To, for *in comparison*, is made by *ad*, *præ*; *Nihil est ad Erasmum*; *illos præ se stultos putat*.

By, signifying *near*, is made by *juxta*, *prope*, *ad*, *apud*, *secundum*.

But, commonly is made by *sed*, *at*, *autem*, *vero*.

But, for *only*, is made by *tantum*, *solum*; There be but two Universities in *England*.

But, for *except*, or *besides*, is made by *nisi*, *præter*, *præterquam*. I have none of your Books but two.

I doubt not but — I fear not but — *Non dubito quin*, *Non vereor quin*.

(d) *Quo ivit pater?* Londinum, Parisios, Athenas, *domum, rus* [*f.* ad.]

Peto Londinum *sine intellecta præpositione dicitur.*

(e) *Unde venit pater,* Londino, Parisiis, Athenis, *domo, rure* [*f.* a, *vel* ab.]

(f) *Qua ivit pater? per* Londinum, *per additur vitandæ ambiguitatis gratia.*

(g) *In Anglia, in Scholæ, ad forum, ad templum, in urbe* Londino, in Londino *emporio celeberrimo;*

Magnum iter ad doctos profecturus cogor Athenas.

(h) *Quam procul vel quantum* [*f.* ad spatium] *vel quanto spatio* [*f.* in] *distat Croidonia Londino? Decem milliaria* [*f.* ad, circa, per] *vel milliaribus,* [*f.* a, ab] *vel decem millibus passuum,* [*f.* a, ab.]

I cannot but love you, *Non poſſum non amare te, v. non poſſum alias facere quam amare te.*

As big again, as faſt again, *Duplo majus, duplo celerius.*

That, is commonly left out in *Engliſh* after *I hope, I believe, I think, I am glad, I am afraid, I hear, I fear, &c.* and yet muſt be ſupplied in Latin with *quod*, as, *I believe he'l come*, credo quod veniet, *or* credo eum venturum. *There is nothing will laſt always*, Nihil eſt quod ſemper durabit; or thus, *Nothing will laſt always*, Nihil ſemper durabit. Likewiſe after *before*, as *before the Maſter comes*, Antequam *v.* priuſquam Præceptor venerit.

To uſe, before a Verb, by *ſoleo*, ſoleo venire primus ad Scholam.

Altho' he be never ſo wiſe, Sapientiſſimus licet ſit, *or* ſit quantumvis, *v.* quantumlibet ſapiens.

Him, her, his, when they have *ſelf* after them, are made in Latin by *ſui, ſibi, ſe*; when they have *own*, by *ſuus, a, um*; without *ſelf* or *own*, by *ille, ipſe, iſte, is.*

A Friend of mine, of thine, of ours, of yours, *i. e.* My Friend, Thy Friend, Our Friend, Your Friend.

Silvula vocum aliquot variæ conſtructionis.

Abripuit, eripuit, ſurripuit mihi librum vel à me.
Alienus ambitioni & ab ambitione; diverſus illi & ab illo,
Eſt mihi nomen Petrus, Petri, Petro; *habeo nomen* Petrum, *gaudeo nomine* Petro.
Proximus Pompeio, Pompeium, poſt Pompeium, & à Pompeio.
Prope propior proxime urbi, & urbem;
Præſtolor, medicor, moderor, ſic palpor, adulor,
Item anteo, antecedo, præcello, præcedo, præcurro, præſto, præverto tibi, vel te.
Acquieſco huic & in hac re; dominari victis, & in victos.
Comparo Virgilium Homero, ad Homerum, vel cum Homero.
Conſentio tibi vel tecum; diſſentio, diffideo tibi, vel à te.
Conducit huic rei, & ad hanc rem; Mitto tibi & ad te.
Dono tibi librum vel te libro; Subire tecto, vel tectum.
Diffidet mihi vel à me.

Induo

Indue tibi veſtem, te veſtem, te veſte; exuo tibi veſtem, & te veſte.
Inſtrauit equo penulam, vel equum penulâ.
Impertit tibi ſalutem, vel te ſalute; loquor alicui, & ad aliquem.
Illudo, inſulto alicui, aliquem, & in aliquem.
Interdico tibi hanc rem, vel hac re.
Spero, puto, ſuſpicor eum factuum venturum, vel ſpero, puto, ſuſpicor fore, vel futurum ut faciat, veniat, &c.

Quædam variè conſtruuntur ſed ſignificatione diverſa.

Accedo tibi 1. *aſſentior; accedo ad te* 1. *adeo.*
Æmulor tibi 1. *invideo; Æmulor te* 1. *imitor.*
Auſculto tibi 1. *obedio; Auſculto te* 1. *audio.*
Conſulo tibi 1. *conſilium do, vel proſpicio.*
Conſulo te 1. *conſilium à te peto.*
Deficit mihi 1. *deeſt mihi; deficit me* 1. *deſtituit me.*
Do tibi literas, ut ad alium feras.
Do ad te literas, ut ipſe legas.
Fœnero vel fœneror tibi 1. *do ad uſuram.*
Fœnero, (non fœneror) abs te 1. *accipio ad uſuram.*
Formido, metuo, timeo, caveo te, vel à te, tanquam inimico.
Formido, metuo, timeo, caveo tibi 1. *ſolicitus ſum de te ut amico.*
Solvo tibi 1. *ſatisfacio; ſolvo te* 1. *libero.*
Studeo huic uni vel in hoc unum 1. *operam do vel ſavto.*
Studeo hoc unum 1. *cupio.*
Tempero ſocios 1. *eorum effectus rego; tempero ſociis* 1. *à ſociis abſtineo.*
Vaco philoſophiæ 1. *operam do; vaco ad ineptias* 1. *otium habeo.*
Vaco culpa 1. *careo; vacat locus* 1. *vacuus eſt.*
Alia his ſimilia uſus docebit.

Silvula vocum aliquot quæ per Ellipſin reticentur.

Calidâ lavari, frigidâ perfundi ſupple Aqua. *Viſcer agnina, ferina ſ.* carne.

Codex

Codex accepti & expensi s. æris; *pluit ningit* s. pluvia, nix, *vel* cœlum.

Civica donari s. corona; *discrucior animi* s. cogitatione, cura, dolore.

Cernere erat illos s. facultas: *Laborat tertianâ, quartanâ* s. febri.

Hac-tenus ea-tenus qua-tenus s. fine; *merito, immerito* s. jure.

Ad incitas redactus, at the last extremity, s. lineas, *eo inficias* s. ad, I deny.

Primo, secundo, tertio, s. loco; *huc, illuc, istuc* s. locum: *nam olim dicebant locum loci sic* adhuc *valet ad hoc tempus; sic quo ivit*, 1. *ad quod locum nam veteres dixere* quo *pro* quod *ut quocirca pro quodcirca.*

Scit fidibus s. canere; *scit latinè* s. loqui; *In Circensibus* s. ludis.

Triste lupus stabulis s. negotium.

Tanto, quanto, eo, quo, paulo, nimio, s. negotio; *præterea, propterea, quapropter*, s. negotia.

Propterea quod, ibi ea *est pleonasmus, ut* Ter. *Id propterea nunc venientem sequor.*

Qui vales, s. modo; *nam* qui *est vetus ablativus pro quo.*

Una s. opera: *Primas tenere, deferre* s. partes.

In suburbano s. prædio. *Est illi à secretis* 1. consiliis s. servus.

Ex quo, ex illo, optato advenis s. tempore.

Postea, posthac, antehac, (nam hac valet hæc) s. tempora.

Qua, hac, illac, istac, rectâ, s. via;

Falernum, Massicum s. vinum.

Partim virorum interfecti sunt 1. *quod ad partem illi sunt interfecti, partim enim est accusativus.*

Paucis te volo 1. *paucis verbis volo te alloqui.*

Est quod paucis te volo 1. *est negotium propter quod paucis verbis volo te alloqui.*

Ego illud negare factum s. cæpi; *Ille omnes facile perferre ac pati* s. solebat; *hæccine fieri flagitia?* s. decet.

Bona verba quæso s. dic; *Audit doctus, Græcismus est* 1. *audit dici esse doctus.*

Male audit s. de se dici; *Dii meliora* s. faciant.

Athenis

Athenas cogito ſ. proficiſci; *bono ſis animo* 1. *fac ut ſis bono animo.*

Cave dicas 1. *cave ne dicas, vel ut ne dicas.*

Metuo ut ſubſtet hoſtes Terent. 1. *ut ne ſubſtet.*

Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeat plurimis quam bonis, 1. *potius quam bonis.*

De Figuris Conſtructionis.

GRammatici octo ſtatuunt *figuras Conſtructionis, ſed omnino fruſtra, quia vel nulla ratio exigit ut dicantur figuræ, vel ad unam nempe* Ellipſin *reduci poſſunt.*

Nulla ratio ſuadet ut APPOSITIO *dicatur figura, quia cum duo ſubſtantiva ad eundem rem pertinent, debent hac ipsâ ratione poni in eodem caſu, ut* Gulielmus *Rex, atque fruſtra dicitur ſubintelligi* qui eſt, *nam hoc pacto* puer bonus *erit Appoſitio, quia poſſis dicere, puer qui* eſt bonus. *Adde quod in aliis caſibus non licet ſupplere* qui eſt, *v. g.* Gulielmi *Regis, non licet dicere,* Gulielmi *qui eſt Regis.*

Grammatici aiunt EVOCATIONEM *fieri, cum prima vel ſecunda perſona ad ſe evocat tertiam, ut* ego puer per canto, tu dives ludis; *ſed hoc eſt merum delirium, omnia enim nomina, pronomina, & participia ex ſe nullius ſunt perſonæ; ſed quatenus conjunguntur cum* ego *vel* nos *ſunt primæ, quatenus conjunguntur cum* tu *vel* vos *ſunt ſecundæ, & ſunt ſolum tertiæ quatenus non referuntur ad* ego *aut* nos, tu *aut* vos; *unde* ille ego *eſt primæ perſonæ, ſic* qui, *eſt omnium perſonarum ut,* ego qui, tu qui, ille qui, nos qui, vos qui, illi qui.

SYLLEPSIS *reſolvitur per Ellipſin ut* ego & tu ſtudemus, tu & ille ſtudetis, Petrus & Joannes ſtudent, Rex & Regina ſunt beati; *In his autem exemplis verbum vel adjectivum eſt pluralis numeri, vel quia intelligitur* nos duo, vos duo, illi duo; *vel quia Syntaxis docet duo ſingularia æquipollere plurali: docet inſuper Syntaxis quotieſcunque duo ſubſtantiva ſingularia diverſarum perſonarum, vel diverſorum generum, referuntur ad unum Verbum vel adjectivum, Verbum vel adjectivum debere neceſſario convenire cum digniore*

niore persona & genere. Calamus charta & atramentum sunt necessaria s. negotia.

PROLEPSIS *itidem nihil aliud est quam Ellipsis*, ut duæ aquilæ volaverunt hæc ab occident *s. volavit*, illa ab oriente *s volavit.* Alter alterius onera portate 1. *alter alterius & alter alterius portate onera*; *sic*, alius alium hortabatur *regulariter dicitur*, at, *alius alium hortabantur per Ellipsin.*

SYNECDOCHE *est Ellipsis præpositionis quæ Græcorum τοῦ κατὰ correspondet, nempe* secundum, circa, ad, quod ad, *ut* Expleri mentem nequit 1. *quod ad mentem attinet expleri nequit*; Os, humerosque Deo similis, *s. secundum vel quod ad*; cætera lætus *s. quod ad*, dedoceberis à me istos mores *s. quod ad*, redimitus tempora lauro *s. circa, v. quod ad.*

ZEUGMA, *nihil aliud est quam Ellipsis, ut* Ego sicut fœnum arui 1. *ego arui sicut fœnum arnit*, hic illius arma (*s. fuerunt*) hic currus fuit.

ANTIPTOSIS *est ridiculum figmentum, nam si liceret casum pro casu ponere frustanea essent omnes regulæ Syntaxeos, unde* Venit in mentem illius diei *est Ellipsis, intelligitur enim* memoria; multa id genus *s. secundum v. quod ad*; Urbem quam statuo vestra est, *s. urbs.*

SYNTHESIS *vel Syneſis plerunque resolvitur per Ellipsin, ut* Rex est monosyllabum *s. nomen*; elephantus gravida *s. fœmina*; quem transtulit in Eunuchum suam *s. fabulam. Aliquando tamen duriuscule resolvitur per Ellipsin, nam structura peccat ratione ejus quod dicitur, at est congrua ratione ejus quod in mente intelligitur, ut* Maxima pars ab equitibus in flumen acti. *Illic* acti *referuntur ad* homines *vel* milites, *quod in mente intelligitur*; duo millia crucibus affixi, *quia in animo erat*, præcipui homines; ubi scelus qui me perdidit? *quia in animo erat*, sceleſtus.

Ex supra dictis levi negotio de cæteris Ellipsios generibus dijudicare possis: Verum quo notiones illæ utilissimæ de Ellipsi memoriæ magis altiusque inhæreant, accipe sex sequentes Canones quos Syntaxin Criticam *appellare possis.*

1. Omnis

1. Omnis Oratio conſtat ex nomine & Verbo, etiam finito.

Sat cito ſi ſat bene, i. e. *negotium eſt factum ſat cito, ſi negotium ſit factum ſat bene.*

2. Omne adjectivum habet ſuum ſubſtantivum expreſſum v. ſuppreſſum.

Triſte lupus ſtabulis, i. e. *triſte negotium.*

3. Omnis Nominativus habet ſuum Verbum expreſſum v. ſuppreſſum, & è contra, omne Verbum finitum habet ſuum Nominativum expreſſum v. ſuppreſſum.

Quis eſt in Schola? Præceptor. i. e. *Præceptor eſt in Schola: pluit*, i. e. *cœlum pluit.*

4. Omnis Genitivus regitur à ſubſtantivo expreſſo v. ſuppreſſo.

Diſcrucior animi, i. e. *dolore animi*: plenus vini, i. e. *plenus re* vel *liquore vini*: *vivit Londini*, i. e. *in* i. e. *in urbe Londini.*

5. Omnis Accuſativus regitur à verbo activo, aut verbali nomine, aut præpoſitione; & Verbum activum ſemper regit accuſativum expreſſum v. ſuppreſſum.

Quem librum legis? Eraſmum, i. e. *lego Eraſmum*: *Os humeroſque Deo ſimilis*, i. e. *circa os & humeros*: *Nox cœlo præcipitat*, i. e. *præcipitat ſe cœlo*: *eo Londinum*, i. e. *ad Londinum.*

6. Omnis Ablativus regitur à præpoſitione expreſſa v. ſuppreſſa.

Taceo pudore, *i. e.* taceo præ pudore: *emi librum ſolido*, i. e. *pro ſolido*: *venit Londino*, i. e. *a Londino.*

PROSODIA.

PROSODIA 1. *accentus, à προς ad, & ᾠδὴ cantus, quia de accentu 1. pronunciatione sive quantitate syllabarum regulas tradit; Regulæ autem omnes quantitatis, Poetarum authoritate tanquam unico fundamento innituntur: Itaque doctrina accentûs tutissime solum ex lectione Poetarum addiscitur. In multis tamen ex ipsa vocum Analogia, pronunciatio intelligitur. A multis retro sæculis obsurduerunt aures nostræ ad genuinam pronunciationem, & quod ad Literarum potestatem, & quod ad accentus: Veteres enim non aliter pronunciabant* c *in* dicis *&* dices *quàm in* dico *&* dicam, *nec aliter* g *in* legis leges *quàm in* legam legas, *nec aliter* ti *in* partium volitio *quam in* parti quæstio: *quis ergo pueris vitio vertat, si hujusmodi voces perperam scribunt? Illi enim ad vim pronunciationis attendentes scribunt quandoque* Justisia *quandoque etiam* Justishia *vel* Justicia. *Si quisquam græcas Voces* ἁμαρτία αἰτία, ἱμάτιον, φιλαυτία, *ita pronunciaret, omnibus deridiculo esset. I inter duas vocales in simplice dictione ut dipthongum Veteres pronunciabant, v. g* Aiax, Troia, maior, peior, eius, huius, cuius (*quod etiam plerique Transmarini hodie faciunt*) *& hæc est ratio cur illud* 1 *sit longum, nempe quia in dipthongum coalescit, non autem quia est duplex consonans, ut quidam insulse asserunt;* bijugus rejectans *non sunt hujus loci quia non sunt dictiones simplices, sed compositæ.*

Et revera Analogia postulat, ut quam potestatem consonans aliqua habeat ante vocalem a, *eandem habeat ante omnes vocales* v. g. *quia* sc *profertur quasi* sk *in* scala, scapus, scando, scopus, sculpo, *similiter proferri debet in* scio, scelus, scilicet, ascendo,

aſcendo, Scythæ, &c. *Atque quemadmodum* g *proferitur in* legar, *eadem pacto proferri debet in* legor, legunt, *& in* leges, legis, *&c. non ſecus ac græcum* γ λεγας, λεγας, λεγα, λεγαβαμι, *&c. Analogia item poſtulat, ut quem ſonum aliqua litera habet in fine Vocis, eundem retinat in cremento* v. g. halec *effertur ut* halek, *ſic ergo debet* halecis *ut* halekis *non autem* haleſis: *nam cum litera una alterius poteſtatem aſſumit, confuſionem inde oriri neceſſe eſt: quis enim bodie diſtinguat inter* cenſum *&* ſenſum, cellam *&* ſellam, cicer *&* ſiſer, cibi *&* ſibi, cænam *&* ſcenam, ſcilicet *&* ſi licet, cedo *&* ſedo, *&c?*

Verum enim vero c *ante bellum primum Punicum obtinuit pro* g, *ut luculenter conſtat ex columna Duiliana; at poſtquam* g *cepit eſſe in uſu, exinde* c *retinuit, atque etiamnum retinere debet poteſtatem ac vim* τυ κ, *&* ipſum κ *utut Antiquis frequentata tandem obſoleuit: Adde quod pro* Cæſar *&* Cicero *Græci ſcribunt* Καισαρ, Κικερων, *non autem* Σαισαρ, Σισερων, *quod eſt evidens argumentum Latinos etiam ſic pronunciare ſolitos fuiſſe.*

Nos vero admodum ab Antiquis receſſimus, nam in multis vocibus noſtra hodierna pronunciatio eſt purus putus Gothiſmus & barbarus ſibilus; Nullum bodie nos ex pronunciatione, aurium judicium facere poſſumus, nam in plurimis eodem modo pronunciamus vocalem brevem ac longam, non enim aliter pronunciamus venit *præteriti, quàm præſentis,* terra *nominativi, quàm ablativi,* a *in* dabo *quam in* ſtabo: *At longe alia fuit Veteribus ratio pronunciandi, nam olim pronunciabant vocalem longam nempe* venit *præteriti, quaſi* veſſet veenit, a *in* ſtabo *quaſi eſſet* ſtaabo, *&c. adeo ut ipſum vulgus facillime poſſet ex pronunciatione aurium judicium facere, quod aperte teſtatur Cicero de Oratore,* " *In verſu quidem Theatra* " *tota reclamant ſi fuit una ſyllaba brevior aut longior, nec* " *vero multitudo pedes novit, nec ullos numeros tenet, nec* " *illud quod offendit, aut cur, aut in quo offendat, intelligit;* " *& tamen omnium longitudinum & brevitatum in ſonis ſicut* " *acutarum graviumque vocum judicium, ipſa natura in au-* " *ribus noſtris collocavit. Tametſi illud veterum Romanorum aurium judicium non poſſimus recuperare, præſertim in mono-*

ſyllabis, diſſyllabis, & antepenultimis, haudquaquam tamen difficile eſt Gothicam illam blaterationem merito exſibilandam, quatenus contra omnem Analogiam tam abſurde peccat, è foro Romano prorſus detrudere: facile poſſet fieri ſi reverendi Patres, Epiſcopi ſcilicet, omnibus Ludimagiſtris in ſingulis Diœceſibus præciperent ediderentque, uti Diſcipulos efficerent Analogiam ſaltem in pronunciando linguam Latinam mordicus obſervar, quod quidem poſt Eraſmi *tempora,* fœderatæ Belgiæ *Provinciæ & aliquam nulta* Germaniæ *ac* Poloniæ *loca ad maximam partem fecerunt.*

Hebræi inter accentus reputant notas interpunctionum, has quidem notas neceſſarias eſſe non inficias ibimus, nam per eas contextus Orationis diſtinguitur ita ut clarius intelligatur: Eorum etiam accentus muſici ſecundum quos eorum doctores in Synagogis cantillant, nullius ſunt uſus; At quod ad eorum accentus ſyllabicos ſpectat, omnino ſupervacanei ſunt, cum hodie Hebræi tot breves quot longas vocales habent, nam ubi eſt vocalis longa longe, & ubi brevis breviter pronunciari debet; Adde quod ex tempore tantum Honorii *Imperatoris accentus adſcripſere, adeoque veteribus Judæis ignoti erant. Græci itidem cum duas habeant vocales longas η, ω duas breves ε, ο. & tres ancipites α. ι. υ, nullo uſui inſerviunt eorum accentus, niſi indicarent quantitatem harum ancipitum vocalium. Apud Latinos omnes Vocales ſunt ancipites, & tamen vix aliquos apponunt accentus. Veteribus Romanis neglecti accentus in ſcribendo, itidem & Græcis* Homeri & Ariſtotelis *temporibus, quod abunde probat docliſs.* Voſſius *l. 2. de Arte Grammatica. Hodie tamen contra Veterum conſuetudinem, contra vocum Analogiam, contra Poetarum Authoritatem & ſanam rationem apponunt accentus, nam non obſtante quod ſyllaba ſit naturâ longa, nimirum vocalis longa, vel diphthongus, vel vocalis ante duas conſonantes quæ moram Pronunciationi neceſſario faciunt, illam tamen in pronunciando corripiunt, v. g. hunc in modum græcè pronunciant amantur, docentur, leguntur, &c. non autem amántur, docéntur, legúntur, &c. Imo linguam Græcam eodem fere modo pronunciant quo Anglicanam: Sed Linguæ Anglicanæ accentus admodum ſunt irregulares, & ſecundum Neotericorum bene-*

beneplacitum variant atque ab Analogia recedunt ex. gr. Fanátick, Lúnatick; Asíster, Régister; Arbitrátor, órator; Sequestrátor, Dispénsator; coadjútor, áuditor; ímportance, concórdance; conjécture, interrúpt; difficulty, admirality, *tanquam* díffculty, ádmiralty, *& alia quàmplurima. Contra verò si syllaba constet ex vocali brevi, illi tamen apponunt accentum, atque tum eam in pronunciando producunt; hinc igitur fit ut in prorsa eodem modo pronunciant* τυπτητον & τυπτήτον, τυπτωμεν & τυπτομεν, *& alia pene infinita; sic etiam* θάλασσα *quasi thalasa unico* s, *& alia ejusmodi: At in legendis Poetis, velint nolint, aliter pronunciare coguntur. Tam ridiculè dixeris græcè* ἄγγελος, αγγέλου, αγγέλῳ, ἄγγελον, ἄγγελε, *atque si Latinè diceres ángelus, angéli, angélo, ángelum, ángele; quod ut Lector advertat serio expetimus.*

Ecquis poterit rationem aliquam vel prætendere de apponendis accentibus, cum ὄχλος *notatur accentu acuto in prima syllaba, & tamen* μοχλὸς *(præterquam quod habet* m *in principio) quod easdem habet literas, & earum eandem posituram, gravi notatur in ultima? Perinde si habent* ὅλος ὁδὸς, ὄρος ὀπὸς, κόσμος καρπὸς, δένδρος δεσμὸς, λύπη τιμὴ, *& alia quamplurima quorum accentus peccant adversus omnem in dictionibus analogiam. Cæterum in monosyllabis (quæ non possunt non habere unam & eandem vocis elevationem) quædam nullum habent accentum, ut* ὁ ἡ ὡς ἐς ἐς ἐν ἐκ οὐκ οὐ, *&c. quædam habent gravem ut* σὺν πρὸς πρὸ μὲ κὲ, *&c. quædam circumflexum ut* τοῦ τῆς τῷ τῇ τοῖς ταῖς μοῦ σοῦ, *&c. cum tamen nulla apparet ratio quæ hanc diversitatem requirat, nisi forte in quibusdam ratio quantitatis, ita ut si syllaba sit naturâ longa, possit habere circumflexum, vel aliam notam ad indicandam quantitatem longam, quemadmodum Veteres pronunciabant* stō *quasi esset* stoo, *adeoque* ad, at, *quia breves sunt, atque monosyllabæ, nullo indigent accentu. Quæ ergo regulæ præter prolixam ipsarum Vocum enumerationem, hanc irregularitatem dirimere valent? Certe regulæ quas tradit Græca Grammatica Scholæ Regiæ Westmonasteriensis, huic rei expediendæ non sufficiunt.*

Ipse enim Author tantundem fatetur, p. 240. A regula generali, *AIT*, multifariam recedituꝛ in quamplurimis dictionibus; Varia enim & incerta admodum accentus notatio in prima Vocum syllaba præcipue nominum, quorum infinitam pene multitudinem in numerato habere, & immensam congeriem in fasciculum stringere, quid aliud est quam Oceanum simpulo infundere. *Et pag. 234* Denique innumera pene depromi possunt exempla à regulis multum discrepantia; Variis enim modis, tum in diversis exemplaribus, tonum retinent, inclinant, amittunt. *Et pag. 254.* Nomina vero pleraque apud diversos Lexico-graphos variè notantur in penultima: apud hos enim acuuntur, apud alios circumflectuntur, quemadmodum & ipsè numerosam subjungit nominum farraginem quæ indifferenter variis notantur accentibus. *Atqui paulo supra ait,* Se multa Lexica perlustrâsse nempe *Suidæ, Faverini, Budæi, Constantini, Hesychii*; sed ubi eorum unus aut plures cum *Stephano* non consenserint de accentu vocabuli, *Stephano* primas deferimus, & tonos ex ipso quasi regulares præscribimus. *Sed quid hoc ad rem? Nihil prorsus nisi quod Author percupit videri Dictator, & aliis dogmaticè, precario, adeoque & nugatoriè præscribere, & magno conatu magnas agere nugas.*

Hodie vero si quis puro politoque stylo Latinè scribat, susque deque habet accentus; At si stylo etiam politissimo græcè scriberet, tanta tamen est multorum supercilioſa stoliditas, ut pro nihilo reputent, nisi accentus nescio quos apponat. At vero vultu hoc eos rogare velim qui usque adeo tenaciter accentus ascribi debere contendunt, Primo, Quæ ratio eos cogit accentus sermoni Græco potius quam Latino apponere? Secundo, Cur non licet pronunciare cum legimus Oratores Demosthenem, Isocratem, *&c. eodem plane modo quo legimus Poetas* Homerum, & Hesiodum? *Tertio, unde ratio pronunciationis vel quantitatis hodie peti vel dignosci potest, quam ex Poetis?*

Si tamen Accentus apposuerint ad quantitatem indicandam, qualiter apud Juristas & Historicos λεγόμενον, παραδίδοται, ὀνομάζεται πρῶτα, *&c. quomodo nos legere oportet Poetas* Homerum,

